ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΔΕΥΤΕΡΑ

ΥΠΕΡ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ,

ΛΟΓΟΣ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΟΣ

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ,

ΛΟΓΟΣ ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ,

ΠΕΡΙ ΜΟΝΑΡΧΙΑΣ.



Εκ ΘΕΑΤΡΟΥ εν ΟΞΟΝΙΑ,
Ετει Θεοφανίας αφγ'.

Imprimatur,

ARTH. CHARLETT

PRO-VICE-CAN. *OXON.*

Jan. 5. $17\frac{82}{83}$.

SANCTI

JUSTINI

Philoſophi & Martyris

APOLOGIA SECUNDA

PRO CHRISTIANIS,

ORATIO COHORTATORIA,

ORATIO AD GRÆCOS,

ET

DE MONARCHIA

LIBER:

Cum Latina *Joannis Langi* verſione, quamplurimis in locis correctâ; ſubjunctis emendationibus & notis *Roberti & Henrici Stephanorum, Perionii, Billii, Sylburgii, Joannis Erneſti Grabii, Joannis Potteri,* pluribuſque aliis additis; annexis inſuper ad calcem annotationibus *Langi & Kortholti,* præmiſſis vero *Langi* præfationibus, quibus ſummam eorum, quæ in hoc Volumine continentur, enarravit:

Edita ab

H. HUTCHIN A.M. ex *Æde Chriſti.*

OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, MDCCIII.

REVERENDO VIRO

Henrico Aldrich

S. T. P.

ÆDIS CHRISTI DECANO,

ET INFERIORIS DOMUS

CONVOCATIONIS

PROLOCUTORI

DIGNISSIMO.

OPUS mihi a Te, Vir plurimum Reverende, haud ita pridem datum, tandem pro ingenii mei modulo absolvi; ad quod sane si æque Viribus instructus, ac animo Tibi addictissimus, accessissem, non esset cur Te magis consilii, quam me obsequii, pœniteret.

ret. Utcunq; autem ea res ſe habeat, Tibi aliquatenus placere arbitror, non dico ipſum munus, ſed illam, qua humillime offertur, voluntatem. Neque aliud mehercule cogitavi, ex quo primum hanc provinciam ſuſceperim, quam ut illa in publicum poſtea emitterem, quibus ſtudium, officiumque erga Te meum, clarius innoteſcerent. Adeo enim Tuæ benignitati obſtrictus ſum, ut iniquus neceſſe ſit evadam, ſi quodcunque poſſem gratiſſimæ memoriæ teſtimonium, palam aliquando non exhiberem. Non quod exile Hoc, id eſſe putem, quod Tuis in me meritis debeatur; ſed quod, cum meæ tenuitati dare, tum Tuæ Humanitati benigne accipere, optime conveniat.

Enim vero dum haſce Tibi gratias referre ſtudeo, perquam pulchre mihi

mihi videor, & neceſſitudini meæ, & *Sancti Martyris* dignitati, conſuluiſſe; quemadmodum enim ſub Tui Nominis Autoritate, tutus ego deliteſcam, ſic ab ejuſdem Tui Nominis Celebritate, quicquid nativi ſui ſplendoris e manibus noſtris prodiens amiſerit JUSTINUS, hoc abunde recuperabit, & ſiquid hoc amplius addi poſſit.

Gratulor interea Egregiæ Hujuſce Ædis Juventuti, (utpote in quorum uſus hoc opus præcipue paratum eſt) quod, quoties hunc evolvant Librum, toties, uno quaſi conſpectu, & Priſci ævi, & Præſentis, fortiſſimum Eccleſiæ Vindicem intueantur; quod quoties legant, quam egregie olim de Chriſtiana Religione promeritus ſit JUSTINUS, toties Tuam, erga Optimam Eccleſiam Fidem, Conſtantiam, Pietatem,

tem,agnoſcant,& venerentur. Quippe Ille, quod animi plane Heroici fuit, contra infeſtiſſimos, & apertos hoſtes veritatem defendit; Tu,quod animi pariter non inſtrenui,& ſummæ prudentiæ opus eſt, nequid,a ſimulata in ipſam Filiorum pietate, Eccleſia detrimenti capiat, diligenter proſpicis. Ideo & Tu potiſſimum electus es,qui Venerabili *SYNODO* præeſſes,ut qui præcipuum florentis Eccleſiæ ornamentum jampridem effulſeris, eandem aliquando laborantem poſſes tueri.

Atque utinam quantus Tu in agendo, tantus Ego in enarrando exiſterem; ut quæ ſumma de Te mente conceperim, ea verbis aliquando poſſem exprimere. Sed utcunque animo meo tali oratione lubens indulgerem; non hinc Tibi, tam aliquid novæ laudis, quam voluptatis

luptatis parum accederet, probe etenim ſcio Te non obnixe magis ipſam profequi virtutem, quam ab illius præconiis prorſus abhorrere.

Tibi omni ſtudio

Devinctiſſimus

H. Hutchin.

PRÆFATIO.

NON est quod te, Benevole Lector, multis detineam: quid meum in hoc opere consilium fuit, ex Eruditissimi Editoris Præfatione ad primum volumen, satis cognosces; ad istius enim Editionem hæc nostra in omnibus conformata est. Quid autem de Variis in Paræneſin *Lectionibus dicere necesse habui, uno verbo expediam. Eas scilicet ex duobus MSS. Codd. quos Biblioth. Regia* Parisiis *suppeditavit, fideliter excerptas Vir humanissimus D.* Michael Lequien *ordinis Prædicatorum Theologus transmisit Reverendo* T. Creech *editionem* Justini Martyris *paranti: post cujus mortem cum in manus Reverendi* Roberti Bartholomæi, *Collegii* Lincolnienſis *socii, venissent, easdem Ille mecum benevole communicavit.*

Est autem horum MSS. Codd. alter, quem nos in hoc volumine per abbreviationes hasce MS. Reg. 1. *designavimus, elegantissimo charactere exaratus anno mundi* 6422, *hoc est Christi* 914, *uti librarius in calcem codicis attestatur in hæc verba,* ἐγράφη χειρὶ Βασιλους νώτᾳ ἀρίθα ἀρχιεπισκόπῳ Καισαρείας Καππαδοκίας ἔτει κόσμῳ ϛυκϛ'. *De altero vero cod. MS. quem passim in hoc opere MS. Reg.* 2. *vocavimus, nihil tanti momenti mihi occurrebat, propter quod te in ipso limine diutius morarer. Vale.*

JO-

JOHANNIS ERNESTI GRABE

PRÆFATIO

In Secundam

JUSTINI APOLOGIAM.

UT hoc ſecundum Juſtini Martyris Operum Volumen à memetipſo ederetur, eruditus orbis meritò expectare, & Reverendus Dominus Ædis Chriſti Oxonienſis Decanus, & Inferioris Domus Convocationis Cleri *hoc tempore* Prolocutor *Digniſſimus, jure à me poſtulare poterat; utpote cui ad quævis obſequia ac officia promptè præſtanda multis magniſque in me immeritum collatis beneficiis, quoad vixero, obſtrictus teneor. Verùm cùm laudatus Mæcenas alio neceſſario negotio me omnino præpeditum probè noſſet, & tamen pro inuſitata munificentiâ eruditis celebratiſſimæ Ædis Chriſti Alumnis alteram Tractatuum Juſtini partem ſtrenæ locô donare conſtituiſſet; hinc factum, ut eam alteri eâdem, quâ prior à me edita eſt, methodo elaborandam demandaret. Feci tamen quod potui, & eas, quas in loca, præſertim II. Apologiæ, difficiliora præparaveram, Annotationes Amiciſſimo Editori libenter communicavi. Atqui in unâ harum, quæ pag. 8. num. 3. extat, promiſi, me rationes daturum, quibus inductus jam fere credam, hunc, qui modò ſub titulô Apologiæ II. prodit, libellum non reapſe fuiſſe poſteriorem Apologiam, à priori ſeorſim & aliquamdiu pòſt oblatam: ſed eſſe hujus Appendicem & quaſi* Poſtſcriptum *(ut vulgò dici ſolet) quô illius conſcribendæ occaſionem expoſuit, & animos Imperatoris, Senatûs, populique Romani ad eam legendam inducere conatus eſt. Iſtô promiſsô antequam me exſolvam, priùs animadverto, me quidem*

Tom.

Tom. I. Spicileg. Patrum Seculi II. pag. 152. *eâ, quæ propè ad hanc accedit, ſententiâ* Scaligeri *ac* Papebrokii *obiter rejectâ, in vulgari, quæ duas diſtinctas facit Apologias, Opinione acquieviſſe. Neque immeritò id faciebam: ſiquidem modò dicti Viri falſa vero admiſcuerunt, & verum aut nullo, aut fallaci probatum iverunt argumento. Atque ut unà cum errore eorum refutationem exhibeam, primùm Cl.* Pagii *ex Critica Hiſtorico-Chronologica in Annales Baronii ad A. C.* 148. *num.* 3. *verba deſcribo:* "*Scaliger in Animadverſionibus Euſebianis pag.* 201. & "Papebrocius *die* XIII. *Aprilis in Commentario ad vitam* "*S. Juſtini Martyris arbitrantur, ſecundum Apologeticum* "*librum cùm non eodem, quô primus exceptus eſſet, favore* "*atque ſucceſſu, vel ſuppreſſum à Gentilibus Principibus* "*eſſe; neque permiſſum vulgari, vel certè hodie nuſquam* "*extare; Euſebium autem pro unâ eâdemque Apologiâ* "*primâ accipere Præfationem, & Orationem Apologeticam:* "*ita ut Apologia ſecunda nihil aliud ſit quàm* Præfatio "ſeu Inductio quædam ad Imperatoris, Senatus, po- "pulique animos præparandos *expoſitione injuſtiſſimæ* "*actionis contra Chriſtianos exercitæ; cujus occaſione li-* "*brum Apologeticum Juſtinus ſcripſerat. Sed hæc opinio* "*non admittenda. Etenim Euſebius in lib. IV. cap.* 16. "*poſtquam dixit Juſtinum Philoſophum pro Chriſtianis A-* "*pologiam Marco & Lucio Imperatoribus obtuliſſe, ſtatim* "*ex eadem inſignem locum affert, in quo Juſtinus adver-* "*ſus Creſcentem Philoſophum invehitur, ut videre eſt in* "*eadem Apologia pag.* 46. *editionis Pariſienſis Græco-La-* "*tinæ. Ad hanc rationem reſpondet Papebrocius, locum* "*Euſebii non rectè à Valeſio verti. In Græco enim legitur:* "ἐν τῇ δεδηλωμένῃ, *id eſt, ut vertit Valeſius in ſupradicta* "*Apologia; adeo ut intelligatur liber ſecundus Juſtini, de* "*quo immediatè antè locutus erat Euſebius, & ex quo præ-* "*fatum locum contra Creſcentem attulerat. At, inquit* "*Papebrocius, ſi penitiùs vox ipſa introſpiciatur, invenie-* "*tur non aliud ſignificare quàm* publicata *ſeu* manifeſtata;

ut

" *ut ſic ſecernatur ab ea, quæ ab Imperatoribus ſuppreſſa,*
" *in publicum non prodiit. Verùm Euſebius ex ipſomet*
" *Euſebio explicandus. Is autem proximè antè dixerat:*
" κατὰ τύτυς δὲ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ιυστῖνος δεύτε-
" ρον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδὺς τοῖς δη-
" λυμένοις ἄρχυσι. *i. e.* Iiſdem temporibus & Juſtinus,
" cujus ſuprà mentionem fecimus, cum alterum li-
" brum pro Fidei noſtræ defenſione Imperatoribus
" ſuperiùs memoratis obtuliſſet. *Ita ex verſione Valeſii.*
" *Ubi vides, vocem* δεδηλωμένη *&* δεδηλωμένοις *utrobique*
" *eodem ſenſu in eodem capite ab Euſebio uſurpari.* Chri-
" ſtophorſonus *poſteriorem locum Euſebii ſic vertit: In*
" *Apologiâ ſuâ, quam dudum commemoravimus; priorem*
" *verò*: Temporibus iiſdem, de quo paulo antè men-
" tio facta eſt. *Et tamen Papebrocius ait, Euſebium*
" *intelligere locum acceptum non ex ſecunda, ſed ex prima*
" *Apologia, de qua jam Euſeb. cap.* 8. *egerat: quod longè*
" *ab hujus Hiſtorici mente, qui & cap.* 11. 12. *de eadem*
" *prima Apologia poſtea locutus eſt*". *H. I. Ex quibus*
ſatis patet, vim Euſebii verbis illatam eſſe, huncque, per
Apologiam M. Aurelio Antonino & Lucio oblatam à Ju-
ſtino, ipſum de quo controverſia eſt libellum (licet perperam)
intellexiſſe. Quô poſitô patet quoque falſum eſſe, quod dicti
Auctores exiſtimarunt, alium inſuper præter duas vulgò
dictas Apologias olim extitiſſe Apologeticum Juſtini pro
Chriſtianis librum, quem ab Imperatoribus ſuppreſſum, nec
divulgari permiſſum, aut ſaltem injuriâ temporum nobis
ereptum commenti ſunt. Sed & hanc ipſam, de qua agi-
tur, orationem haud rectè Præfationem ſive Inductio-
nem quandam ad Imperatoris, Senatus populique
animos præparandos *dixit* Papebrocius. *Neque enim*
Præfatio, *ſed, uti ſuprà dixi,* Poſtſcriptum *ſive Appen-*
dix fuit Apologiæ Antonino Pio oblatæ, ut ex iis, quæ
jamjam affero, verum, vel ſaltem vero ſimillimum appa-
rebit.

Nimirum Juſtinus in hac Apologia pag. 14. *hujus edit.*
lin.

lin. 13. *ſeqq. hæc habet*: Καὶ γὰρ (Ιησοῦς) καὶ ἄνθρωπος, ὡς προεφημεν, γέγονε κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς βουλὴν ἀποκηθεὶς &c. Etenim (*Jeſus*) ſicuti prius diximus, homo quoque factus eſt ex DEI & Patris conſilio editus. *Atqui nihil tale reperitur in præcedentibus hujus ſecundæ, quæ dicitur Apologiæ periodis: reperitur verò in Apologia ad Antoninum p.* 91. *lin.* 20. *ſeqq.* Κατὰ τὴν τοῦ πατρὸς πάντων καὶ δεσπότου Θεοῦ βουλὴν, διὰ παρθένου ἄνθρωπος ἀπεκυήθη. *Et antea pag.* 46. *lin.* 13. Καὶ τῇ βουλῇ αὐτοῦ (Θεοῦ) γενόμενος ἄνθρωπος. *Porro in ea, quæ modò prodit, Apologia, pag.* 19. *lin.* 20. *hæc legimus*: Ηεράκλειτον μὲν, ὡς προεφημεν, καὶ Μουσώνιον δὲ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ ἄλλους οἴδαμεν. Heraclitum quidem, uti prædiximus, & Muſonium inter eos, qui noſtræ ſunt profeſſionis, atque alios itidem ſcimus. *Jam nulla* Heracliti *mentio in hâc, quæ ſecunda putatur, Apologia occurrit; occurrit autem in Apologia ad Antoninum pag.* 91. *noſtræ edit. ubi poſtquam in genere dixerat*, οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι, *ex Græcis* Heraclitum *expreſsè nominat. Atqui iſta phraſis*, ὡς προέφημεν, ſicut antè diximus, *non niſi reſpectu ad priorem ejuſdem Tractatûs partem, vel librum proximè præcedentem, habito uſurpari ſolet, ut vel ex hâc ipſa Apologiæ Appendice patet; adeo ut ex cæteris Juſtini vel aliorum Auctorum Scriptis exempla afferre non ſit neceſse. Sic de Creſcente ait pag.* 23. ὡς προέφην, ὁ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται. *Nam paulò antè pag.* 21. *lin.* 18. Φιλόκομπον *eundem appellaverat, addens*: ὁ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον ἄνδρα. *Similiter pag.* 24. *lin.* 20. *ſcribit*: Καὶ, ὡς προέφημεν, ἀδίκως τιμωρῶσιν οἱ νομοθέται τοὺς παραβαίνοντας τὰ διατεταγμένα καλά. *Præceſſerat autem ſimile quid pag.* 18. (*niſi fortè malis, Juſtinum hîc quoque reſpexiſſe ad iſta Apologiæ Antonino oblatæ verba pag.* 84. *ubi recenſens abſurda, quæ fatalem conſequuntur neceſſitatem, inter alia infit*: ὀδ', εἰ κακὸς ὑπῆρχε, δικαίως κολάσεως ἐτύγχανεν.) *Cum igitur Juſtinus in hôc, qui modò editur, libello*

Apo-

Apologiam Antonino oblatam allegans utatur phraſi, ὡς προέφημεν, *illum hujus Appendicem vel Poſtſcriptum fuiſſe, non autem ſeorſim aliquot annis pòſt oblatum eſſe colligo. Idem confirmatur ex ſequenti hujus Apologetici clauſula pag.* 35. *lin.* 13. Καὶ ὑμᾶς ἓν ἀξιῶμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τοῦτο τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ. Quapropter vos rogamus, ut ſubſcribentes quod vobis placet, libellum hunc proponatis: ut & à cæteris noſtra cognoſcantur. *Jam verò ex hoc ipſo libello non niſi tenuis admodum Chriſtianæ religionis notitia hauriri poteſt; cum contrà ex Apologia Antonino inſcriptâ omnis Chriſtianorum fidei Articulorum, morum, Sacramentorum ratio clarè pateat. Hæc itaque ſunt, quæ eruditis conſideranda proponere volui, ei, qui illa refutare, ac meliora me edocere potuerit, vacivam ſemper præbiturus aurem. De cætero, ſi* DEUS *ulteriorem vitam conceſſerit, Juſtini Martyris Dialogum cum Tryphone Judæo, quantâ potero curâ, tertio volumine edere, & quarto dubia atque ſuppoſititia opera ſubjungere polliceor. Interim vale, benevole lector, meiſque ſtudiis fave.*

LANGI

LANGI PRÆFATIO

IN

D. Juſtini, Philoſophi & Martyris Chriſti, pro Chriſtianis apud Senatum Romanum habitam Orationem:

Quâ argumentum ſive ſummam ejus enarrat.

ORATIO hæc Juſtiſſimam querelam continet, iniquiſſime ad ſupplicia, ob ſolum nomen, cauſa incognita, Chriſtianos innoxios rapi: id quod in *Ptolemæo, Lucio*, & alio quodam, tribus videlicet ſanctis viris, abſque ratione ſit factum: quorum martyrium & confeſſio luculenter commemoratur. Et *Juſtinus*, rhetorico more, tacitæ occurrens objectioni, Chriſtianos, quorum gratia mundus ſit conditus, propterea ad voluntariam mortem non procurrere aſſeverat, ne genus humanum penitus intercidat: propter quos ſcilicet Deus mundi extremum exitium quoque differat. Eoſdem vero inquiſitos, conſcientiæ puritate & veri ſtudio fretos, nomen Chriſtianum haudquaquam abnegare. Illud etiam eos profeſſione tali agere, ut perſecutores ſuos à falsâ, quam de ipſis conceperunt, abducant opinione. Et quod Chriſtiani innocentes à profanis, juſti ab injuſtis, permiſſione divinâ opprimantur in hâc vitâ, id angelorum prævaricatorum atque Dæmonum, mali omnis autorum, fieri inſtinctu, explicat: quorum Dæmonum flagitia impia, Poetæ, & ſcriptores alii Ethnici, quod & alibi aſſerit, diis ſuis facticiis adſcripſerint. Judicium Dei extremum ſtatim ab initio orationis hominibus *Romanis* proponit, ac id deinceps in progreſſu & fine ejus, una cum exuſtione ultima inculcat amplius. Deum verum univerſitatis hujus parentem nomine proprio, quod dici tur, carere oſtendit; et filii ejus unici CHRISTI, & JESU nominum rationem declarat, cauſamque incarnationis ejuſdem ſemel atque iterum breviſſimè quidem, ſed evidentiſ-

p. 6
p. 7
p. 9
p. 15
p. 16
p. 17
p. 18
p. 21
p. 24
p. 13
p. 14

ſime perſtringit: Et ſimul nomen illius & crucem Dæmones reformidare & fugere probat. Nullam eſſe addit *Stoici*
p.17 fati neceſſitatem, ſed homines cum ratione liberum obtinere, ad bona expetenda & mala devitanda, arbitrium; ac
p.18 proinde juſtum eſſe Dei de impiis Judicium, virtutiſque & vitii, tum autem & legum-latorum diſciplinæque omnis rectam conſtare rationem. Deinde, quod ſupra de proborum ab improbis, quam Dæmones procurent, oppreſſione generatim ſtatuit, præclarorum ex philoſophis, *Stoicis* præci-
p.19 puè, virorum, *Heracliti*, *Muſonii*, poſtremo etiam *Socratis*, qui aliqua ex parte CHRISTUM cognoverit, exemplis ſpeciatim explanat. Omnes quippe, quovis tempore, qui vere
p.20 rationis ſcintillam quampiam habuerint, periculis, malorum geniorum opera, objectos fuiſſe: potiſſimum vero ea, qui univerſalem rationem CHRISTUM conſectentur, perferre
p.21 Chriſtianos. Sub hæc ipſe ſibi *Juſtinus* ex *Creſcentis* cujuſdam Philoſophi *Cynici*, viri vaniſſimi, inſidiis obventurum prædicit Martyrium, cujus inſcitiam, improbitatem, & in rebus deligendis ἀδιαφορίαν merito taxat. Et eorum errorem paucis refellit, qui doctrinam Chriſtianorum de Ju-
p.24 dicio Dei, & æternis malorum cruciatibus, pro terriculamento inani habent. Refellit autem per Providentiam
p.25 & Juſtitiam Dei, per virtutis & pravitatis repugnantem inter ſe rationem, per jura, & leges ab autoribus ſuis divinitus inſtitutis latas. Edidiſſe quidem Dæmones quoque improbis hominibus conſtitutiones ſuas, ſed facilè
p.26 has ab illis diſcernere rationem veram. Profeſſionem Chriſtianam dicit longe humanum excedere captum, propter autorem ejus rationalem prorſus, CHRISTUM ipſum: cui etiam debeant, quicquid unquam boni promulgarint phi-
p.27 loſophi, & legumlatores omnes. Laudatur *Socrates*, qui nobiſcum deos falſos, Dæmones videlicet exagitarit, auctoreſque plurimæ divinitatis urbe exigendos cenſuerit, & homines ductu rationis ad inquiſitionem veri Dei, quem Filius ejus CHRISTUS JESUS corporatus manifeſtarit. ſit cohorta-
p.28 tus. Chriſtianos eo etiam refert alacriores, ſibiipſis gratulantes mortem pro Chriſti nomine adire, quod moriendum ſit ſemel hominibus cunctis. Atque illud quod apud *Xenophontem* eſt de *Prodici* ſententia, *Hereuli* pubeſcenti Virtutem

tutem,& Pravitatem, mulierum ſpecie, obviam veniſſe,atque utramque illum in partes ſuas pertrahere voluiſſe, ad Chri- p.29
ſtianos, per pericula dura ad ſalutem æternam aſpirantes, accomodat. Et ſeipſum martyrum in perferendis quibuſque tormentis & ſuppliciis, conſtantia adductum, cum calumniis p.30
omnibus ſcelerum nefariorum de noſtri generis hominibus ſparſis haudquaquam fidem habuiſſe: tum à *Platonis* Philoſophia, à Chriſtianiſmo non omnino aliena,ad diſciplinam Chriſtianam non illibenter tranſiiſſe profitetur. Chriſtianos p.31
de flagitiis talibus,per exquiſitiſſima etiam tormenta, convictos nunquam fuiſſe, eaque illos non modo non agnoviſſe,ſed etiam ſummopere execratos eſſe teſtatus: cum quidem illa, p.33
ſi voluiſſent, exemplis Deorum excuſare, & defendere, eis proclive fuiſſet. Sed infamiam ipſos hujuſmodi propter puram coram Deo conſcientiam & animorum innocentium ſecuritatem nihil curaſſe, nihil ad ſe pertinere exiſtimantes. Eſſe hoc Diabolicæ ait calliditatis, quæ effecerit, ut homines infideles præ ſe ferrent, ea in Chriſtianis in- p.34
noxiis atrociter coercere facinora, quæ dii eorum atque ipſimet in ſe fœdiſſime abſque timore omni admiſerint, atque admittant. Diſciplinas Philoſophorum inter ſe non convenire affirmat: apud quos ſiquid reperiatur boni, id p.35
Chriſtianorum eſſe dicens, à *ſemine rationis* veræ pro ſe cuique aliquatenus inſito profectum: quod & in aliis dixit orationibus. Ad hæc, cultum noſtrum, quo veram ipſam *Rationem* & *Verbum* Dei adoramus, ejuſdemque *Verbi* incarnationis cauſam, ſalutem videlicet noſtram, attingit. Poſtremo, *Romanos* ad pœnitentiam agendam exhortatur: p.36
& à Senatu petit, ut ille decreto ſuo, ſi quod hac in re promulgarit, Apologiam hanc publice adjungat, ut popu p.37
lus *Romanus* Chriſtianorum innocentiam cognoſcat: totiuſque hujus cauſæ fuſiorem pollicetur explanationem. Eſſe enim doctrinæ noſtræ præcepta divina, obſcœnis quibuſdam ſcriptis diſſimilima, quæ tamen ſcripta in manibus p.37
hominum libere verſentur. Et veritatis cognitionem precatus omnibus, ut religioſe de re tanta judicent, Senatum admonet; ad ipſos enim, quicquid judicaverint, eſſe redundaturum.

Interciſa verò admodum eſt in ipſo quoque ſtatim initio

Oratio iſta: id quod diligens lector per ſeipſum videbit. In primis autem ab initio multa deeſſe verba reor, de juſtorum, quas ab injuſtis perferunt, injuriis: quamvis ſatis dilucide locus is ſit poſtea explicatus; nam hiſtoriam trium Sanctorum Martyrum ex *Euſebio*, & *Nicephero*, ſuo loco reponere, mihi facile fuit. Apud divum *Hieronymum* in libro Illuſtrium Scriptorum eſt, *extare volumen Juſtini contra Gentes, ubi de Dæmonum quoque natura diſputat.* Non ſatis tamen ſcio, num verbis eis *Hieronymus* præſentem deſignet Orationem, in qua breviter quoque *Juſtinus* Dæmonum ortum exponit. Illud verò annotare eſt viſum, pro eo, quod *Hieronymus*, eo quo dixi loco, habet *de Dæmonum natura* (περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων) *Suidam* habere περὶ τῆς φυγῆς τῶν δαιμόνων hoc eſt, *de fuga Dæmonum.* Quam *fugam* etiam non tantum in hoc libro, ſed in aliis quoque libris ſuis *Juſtinus* luculenter tractat.

LANGI PRÆFATIO IN *Divi Juſtini, Philoſophi & Martyris, Cohortationem ad Græcos:*

DEhortaturus *Juſtinus* homines Ethnicos à plurium Deorum impio cultu, quem illi propter longiſſimæ conſuetudinis præſcriptionem, & à majoribus ſuis acce-
p. 40 ptam traditionem, pertinaciter retinebant, atque defendebant, & eoſdem, ad ſalutarem veri unicique Dei, univerſitatis hujus parentis religionem complectendam, excitaturus, ut ſimul falſorum numinum vanitatem perſtringat, ſimul veram ſingularis Dei religionem omnium antiquiſſi-
p. 43 mam eſſe oſtendat, cum Poetarum veterum, & Philoſopho-
p. 44 rum quorundam ridiculas planè opiniones, & variantem ſibique ipſi maxime adverſantem, de principiis ſive cauſis re-
p. 49 rum, & diis doctrinam traducit, tum Poetis, Philoſophis,
p. 61 & ſcriptoribus omnibus *Græcis*, *Moſea* primum legiſlatorem

rem, & pietatis noſtræ doctorem, antiquiorem eſſe, profanorum hiſtoricorum teſtimonio, probat. Atque ubi ineptias gentilium autorum de diis ſuis, eorumque ortu, illicitis & inſanis amoribus, ærumnis humanis, civilibuſque inter ſe diſſidiis, breviter retulit, eorundem etiam quædam rectè de uno Deo dicta commemorat, tanquam per recantationem ab illis promulgata. Ita quippe divina providentia comparatum fuiſſe, ut etiam *Orpheus*, *Homerus*, *Sophocles*, *Pythagoras*, *Plato* & alii, præcipuè vero *Sibylla*, in ſcriptis ſuis unum Deum, rerum omnium fabricatorem & gubernatorem eſſe hominibus inſinuarint: Oraculum quoque profanum ſolam *Chaldæorum* & *Judæorum* approbarit religionem. *Ethnicorum* ſapientes, uti habiti ſint, ne animæ quidem humanæ, atque rerum aliarum mundanarum certam aliquam rationem, nedum Dei Opt. Max. cognitionem veram dicit aſſequi potuiſſe. p. 45 p. 76 p. 79 p. 69 p. 59

Res enim divinas non niſi ab earum peritis doctoribus tradi poſſe, quales ſacri noſtri vates fuerint, Spiritûs Sancti afflatu, & ductu de eis edocti: quibus, in reb. arcanis promulgandis, cœlitus deſcendens divinum *Plectrum* tanquam muſicis inſtrumentis ſit uſum. Ab iis ergo petendum verum Dei cultum, & mature quidem, propter futurum poſt hanc vitam Judicium juſtum, & in majorum errores inquirendum, atque quamprimum ab eis abſiſtendum eſſe. Itaque cum Poetarum & Philoſophorum aliorum, tum *Platonis* ipſius de vero, eoque innominato Deo, atque etiam facticiis diis accuratius expenduntur ſententiæ. Siquid autem *Homerus*, & *Plato*, ſicut & alii, de una ſingularique Divinitate, & rebus aliis Theologicis, ſecundum veritatem, recte ſcripſerint, id eos ex *Moſe*, & aliorum noſtrorum prophetarum literis in *Ægypto* ab *Hierophantis* addidiciſſe aſſerit. Philoſophos oſtendit non ſolum per diſſidia mutua inter ſe conflictari, ſed etiam quoſdam à ſeipſis diſſentire de rebus maximis. *Platonem* quippe ſibi ipſi de materiæ ortu non conſtare; quocirca eo nomine non injuria reprehenditur. Et *Homerus* etiam contra eum de numinis divini flexibilitate, quæ ſententia humano generi bono ſit, defenditur. Ex *Platone* citatur & exponitur præclarus de hominum omnium poſt obitum judicio, deque impiorum p. 75 p. 76 p. 58 p. 92 p. 93 p. 95

p.100 apud inferos ſuppliciis, quibus etiam corporum reſurrectio ſignificetur, ex ſacris noſtris literis decerptus locus. Re-
p.105 cenſet inſuper *Juſtinus Homerum*, ita ut apud *Ægyptios* ex
p.107 *Moſaicis* acceperat libris, *Creationem* mundi, *Paradiſum* vo-
p.108 luptatis, Turris *Babel* ſtructuram: item *Luciferi* caſum, qui
p.109 apud *Eſaiam* eſt, verſibus ſuis expreſſiſſe. *Platonem* quamvis re non ſatis conſiderata atque intellecta, nihilominus tamen Ideas quoque ſuas ex opificio cœli, terræ, homi-
p.112 nis, &c. à *Moſe* mutuatum eſſe. Ab *Homero*, itidem ut à *Moſe*, hominem terra editum dici: *Platonem* propheticis in-
p.113 ſtitutum doctrinis ſcribere, *Jovem* curru ſublimem vehi, & in ignea ſubſtantia eſſe. Ex ſacris etiam noſtris non probe perceptis literis, ſimulachrorum cultores occaſionem arri-
p.117 puiſſe, ut deos ſuos ad ſimilitudinem hominum effingerent, Eo denique *Juſtinus* noſter pervenit, ut Philoſophos gentiles in tanta doctrinæ eorum diſcordia, nihil omnino certi verique ſcire, præterquam ſiquid à noſtris acceperint prophetis, pronunciet. Hos igitur Prophetas, ad cognoſcendum Deum, veramque ejus religionem evolvendos, aut ſaltem *Orpheum*, & reliquos veteres ſcriptores, qui per palinodiam vel ingratis, ex providentia Dei, unius & ſingula-
p.127 ris numinis cultum prodidêre: & maximè *Sibyllam*, præclare de CHRISTO & recta ejus religione ſuſcipienda,
p.124 idolorumque cultu proculcando vaticinatam, cujus etiam hiſtoria recenſetur, legendos eſſe: qui quædam veluti progymnaſmata propheticæ diſciplinæ tradiderint. Creden-
p.128 dum eſſe, de primi hominis *Adami* creatione, profano cuidam Oraculo, atque antiquiſſimis ſapientibus fidem ha-
p.129 bendam, de Deo vero vera docentibus, *Acmoni* & *Mercurio*, in primis vero divinitus inſpiratorum Prophetarum doctrinæ: & verum cultum Dei à profanis ſimul & ſacris auctoribus comprobatum complectendum eſſe, & retinendum.

Cæterum, cum non pauca in hac oratione *Juſtinus*, ut *Platonicus* aliquando Philoſophus, ex *Platone* adduxerit, quæ à noſtris deſumpta ſunt literis dogmata: & *Cœlius Rhodiginus* in ultimo Antiquitatum ſuarum libro, capite quoque ultimo, ſummam *Platonicæ* philoſophiæ, propheticis literis & Eccleſiaſticis quibuſdam traditionibus aliqua ex parte con

consentaneæ, in breve collegerit compendium, ad rem pertinere præsentem sum arbitratus, id quidquid est hic subjicere: ut magis etiam magisque pateat, Divinæ providentiæ, sicut dictum est, ductu, profanos quoque à religione nostra viros ad aliquam Theologiæ nostræ accessisse cognitionem, *Platonemque* ipsum, non absque causa, divinum fuisse à veteribus appellatum. *Numenio*, inquit, *Pythagorico*, quem *Origines* omnibus antepositi philosophis, *Mosaica* & *Platonica* expendenti mysteria, *Plato Attica* eloquentia, divinitatis arcanis inquirendis, alter prorsus videtur esse *Moses*. id quod expressit *Parmenides*, à quo Dei commonstratur unitas, rerum ideas, id est exempla omnium & rationes continentis: quod expressit cum *Zenone Melissus*, qui unum esse Deum astruit constantissime: Jam vero mundi natales repetens *Timæus*, boni gratia illum ab artifice productum Deo vaticinatur, primoque cœlum esse creatum, terramque, interfito mox aere cum aqueo elemento: quæ omnia perseverantia eum sint habitura modum, quem summi Opificis præscripserit sapientia. Sed & Dei charagma, sive imaginem, esse hominem pronunciasse idem animadvertitur, cui terrena subjiciantur omnia. *Politicus* verò cum *Protagora*, *Menexeno*, *Critia* eundem ex terræ visceribus, nutu agente divino, eruit mirabili ratione: Et peracto mundi ambitu ex eisdem etiam comprobat revicturum. Cujus in Dei assimilatione ac fruitione plenam demum futuram felicitatem docuit *Philebus*, nec reticet cum *Phædone Theætetus* ac *Phædrus*. Jam & in legum libris, esse Deum rerum mensuram omnium legimus: in primis vero, si Deus quandoque hominem induat. Legimus & *Deum superbis resistere, humilibus autem largiri gratiam benignius.* Quid porro illud in Epistolis inenarrabile Patris & filii mysterium? Sed & ibi maxima traditum pietate novimus, divinorum adyta rationibus penetrari non posse: posse aut mentis puritate, ac cum Deo assimilatione intima, quæ in animis ignem accendit coruscо lumine promicantem clarius. An non admirabilis *Eri Pamphilii*, decimo de Repub. ad vitam revocatio, Elysiorum peramœna specie hortorum paradisi nobis delicias depingit infinitas? Nec prætermittitur ibi locus expiatorius, animas tantisper cruciabiliter excarnificans, donec

Con-

Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem.

ſed & infantilis limbus ex parte non tacetur,

Infantumque animæ flentes in limine primo:
Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo.

Enimvero *Socratis* illa documenta cujuſnam denique ſunt modi? non pili eſſe faciendum tempus: immortalitatis curam omnibus anteponendam: Fortuita facile ſpernenda, ut modo quæ perpetuitatem reſipiunt genuinam aſſequi connitamur: Veritatem præ rebus omnibus unice conſectandam, illatam injuriæ vim accepta longe videri peſtilentiorem: Remis veliſque annitendum, ut artifici eminentiſſimo,

Ος πάνθ' ἑφορᾷ, καὶ πάνθ' ἑπακούει

Omnia qui cernens, ſimul auribus omnia carpit,

ſuo reſtitutam candori, & ab omni prorſus defecatum labe rationalem animam, divinitatis expreſſiorem imaginem, ſincere, integre, ſancteque offeramus. Quo nomine *Laches* ſpontaneæ peccatorum confeſſione ac pœnitentia nihil aſtruit præſtabilius, eamque primo quoque tempore capeſſandam, eo quod

Multa diu concreta modis inoleſcere miris,

Nec ita facile ea medicam admittere manum ſoleant, quin & recidivam ſubinde intentari neceſſe ſit. Nam ex intemperata animorum affectione univerſa agminatim erumpere mala, docuit *Charmides*. Sin temperantia denuo ſuccreverit ſuccreſcere etiam immortalitatis bonum incomparabile: quo bono in virentibus amœniſque perfruebantur hortis prius homines, quam à divinis rebus ad fluxam collaberentur naturam. Quod velut è *Moſe* oraculo comprobat *Critias*. nec in pravum obdurati Dæmonis impoſturã reticent *Timæus*, *Phædrus* & *Diotima*: ac terras divinitus aquarum mobilibus adobrutas, cum

Omne in præcipiti vitium ſtaret, ———

Ad rationalis fere interitum naturæ, & animantium cunctarum, commonet *Critias*. Quo vero piaculo reticuerim Academici principis ſententiam nobilem, qua is ad divinitatis & & religionis noſtræ intima evectus animadvertitur, quo apud animum

animum meum non eſt admirabilius quidquam? Tantiſper, inquit divinus *Plato*, meis acquieſcendum doctrinis, cohortationibuſque, donec homine auguſtior quiſpiam, ſacratiorque, ſeſe in terrarum oſtendat orbe, veritatisadyta fonteſq; arcanos recluſurus, quem velut ducem ineffabilem ſequantur omnes. Cui debetur decus, laus & gloria in ævum ſempiternum, Amen.

LANGI PRÆFATIO

IN

Divi Juſtini, Philoſophi & Martyris Chriſti, Librum de Monarchia.

AN hic liber *Juſtini* ſit, addubitari poteſt, nam apud *Euſebium* Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap. 8. & apud *Nicephorum* libro quarto, capite ſexto ſcriptum eſt, compoſuiſſe *Juſtinum* de MONARCHIA DEI librum, in quem non ſolùm ex noſtrorum, ſed etiam ex profanorum autorum ſcriptis argumenta contulerit, hoc vero ſcriptum nullas habet ex propheticis literis decerptas ſententias: neque *Hieronymus* in libro illuſtrium ſcriptorum, de hoc libro loquens, ſicuti neque *Suidas*, argumentorum Eccleſiaſticorum meminit. Ipſe autem, ut *Juſtini* eſſe credam, facilitate atque ſimplicitate orationis, quam is in ſcriptis ſuis ſervat; præterea vero quod ad *Græcos* hæc dirigitur oratio, quemadmodum illa prima cohortatoria, apud quos domeſtica plus valere noverat, quàm prophetica & aliena teſtimonia, adducor. haud aliter quàm ipſe quoque fecit *Lactantius*, qui lib. 7. c. 25. religionem noſtram, cum gentibus itidem agens, non propheticis oraculis, & teſtimoniis noſtris, ſed alienis potiſſimum literis confir-

mavit: docuitque non modo apud nos, verum etiam apud eos ipſos qui nos inſectantur, veritatem conſignatam teneri, quam recuſant agnoſcere.

Docet autem in hoc libello Sanctus Martyr, ab humano
p.142 genere condito, ſapientiam & religionem, in qua ſalus conſiſtit hominis conjunctas fuiſſe: & unius veri Dei cultum, quem etiam nunc creatio & adminiſtratio mundi promulget, à primordio rerum obtinuiſſe: idololatriam vero primum invidia Diaboli, & paucorum hominum poſtea cœptis in
p.150 mores multitudinis irrepſiſſe: eandemque oblivione ſingularis Numinis inducta, longiſſima deinceps diuturnæ, & perniciosæ conſuetudinis præſcriptione invaluiſſe. Qua conſuetudine repudiata, primam & antiquam DEI religionem ſuſcipiendam eſſe ſuadet: & argumenta ex vete-
p.151 ribus & poetis & Philoſophis adducit, unum verum DEUM eſſe Univerſitatis hujus architectum, per palino-
p.156 diam & recantationem priſtinæ ſuæ, & falſæ de deorum multitudine doctrinæ, docentibus: ut viri gentiles ab eiſdem veritatem divinam intelligant, unde pernicioſa eſſent primitus imbuti ſuperſtitione. Præclaras ergo affert
p.154 ſententias, de Deo, creatore, gubernatore & inſpectore rerum univerſarum, ac de *Verbo* ejus, quod non modo tanquam ducem optimum ſequi, ſed etiam adorare conve-
p.159 niat: de ſimulachrorum vanitate, de extremo, quod nemo effugere poſſit, judicio DEI per ignem, & exuſtio-
p.162 ne: De duabus poſt hanc vitam viis, altera impiorum ad tormenta perpetua, piorum ad beatitudinem æternam altera: de reſtitutione univerſi, de juſta DEI in malos vindicta, de ineffabili nomine DEI, de impiorum pœnis, de vera colendi DEI ratione: qui ab hominibus
p.164 non victimas aliquas aut donaria, ſed juſtitiam, vitæ puritatem, innocentiam & bonam conſcientiam requirat: de divina ſapientia & potentia, cum qua vires &
p.167 virtutes humanæ comparandæ non ſint: Deum quippe per ſeipſum ſine adminiculo ſalvare homines. De falſo
p.168 nominatis diis, nihil eos eſſe: aut certe iniquitatis, probri & flagitii omnis eſſe autores, duces & doctores, proindeque judicio obnoxios: quorum exemplis ſcelera
p.170 ſua homines injuſti parricidiorum, incœſtus, ſtuprorum, libidinum

libidinum, avaritiæ, & aliorum peccatorum ſuorum defendere poſſint; de mente hominis divina, de bonorum & malorum diſcrimine. Atque ubi ſubdititios iſtos deos ne cum hominibus quidem frugi comparandos eſſe oſtendit, ut qui longe illis ingenio & induſtria ſint inferiores: concluſionem Orationis cum principio connectit, p.174
conjungendam cum religione ſalutari ſapientiam, & unici DEI verum cultum complectendum eſſe, de Poetarum & Philoſophorum ſententia cenſens, per quem unum æternam liceat effugere condemnationem.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
[1]ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ
[2]ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
Απολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν [3]δευτέρα, [4]πρὸς τ῾ Ρωμαίων Σύγκλητον.

EJUSDEM
SANCTI JUSTINI
PHILOSOPHI & MARTYRIS
Ad Senatum Rom. pro Christianis Defensio secunda.

41 α'. ΚΑΙ τὰ [5]χθὲς ἢ καὶ πρώην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γινόμενα ὑπὸ [6]Οὐρβίκιε, ὦ Ρωμαῖοι, καὶ τὰ πανταχοῦ ὁμοίως ὑπὸ τ῾ ἡγουμένων ἀλόγως πασχόμενα, ἐξη-

I. QUÆ heri & proximis diebus in urbe vestra, ô Romani, sub Urbico accidêre, & quæ ubique locorum similiter citra rationem omnem à Præsidibus fiunt, necessitatem hanc mihi

1 Ἁγίου] Hanc vocem in editt. Græco-Latinis omissam, ex *Rob. Steph.* editione inserui.

2 Φιλοσόφου καὶ Μάρτυρος] Et hæc verba ex *Rob. Steph.* editione restitui.

3 δευτέρα] Quare hanc Apologiam, quæ vulgo prima habetur, δευτέραν inscripserim, ex not. 2. ad pag. 1. prioris Apol. patet.

4 πρὸς τὴν Ρωμαίων σύγκλητον] Non ab ipsius *Justini*, sed *Librarii* manu hæc inscriptio profecta, & omnino rejicienda videtur, nisi Senatûs nomine ipse Imperator quandoque comprehensus, vel subauditus probari queat. Pluribus enim locis hujus *Apologiæ* ipsum Imperatorem alloquitur *Justinus*, ut prolixè contra *Halloixium* id negantem probavit *Valesius* in notis ad *Euseb.* lib. IV. cap. 17. GRABE.

5 τὰ χθὲς &c.] Malitiolam præcipuè intelligit mulieris cujusdam Christianæ accusationem, *Ptolemæi* etiam, & *Lucii*, & tertii cujusdam injustam condemnationem, ut ex sequentibus abunde constat.

6 Οὐρβίκιε] *Urbicum* illum Præfectum esse *Lollium*, contendit *Valesius* in notis ad *Euseb.* lib. IV. cap. 17. cum quibus tamen conferenda, quæ dixi Tom. 1. Spicilegii Patrum Sec. II. pag. 146. GRABE.

mihi impoſuere, ut pro nobis, qui eiſdem vobiſcum affectionibus perpeſſionibuſque obnoxii, & (quamvis id ignoretis, & propter earum, quæ reputantur, dignitatum ſplendorem nolitis) fratres veſtri ſumus, orationem hanc componerem. Ubique enim, qui à patre, vel vicino, vel filio, vel amico, vel fratre, vel viro, vel uxore ad bonam frugem convertitur, is quidem imperfecte *convertitur*,

νάγκασέ με, [1] ὑπὲρ ἡμῶν, ὁμοιοπαθῶν ὄντων, [2] καὶ ἀδελφῶν, κἂν ἀγνοῆτε, καὶ μὴ θέλητε διὰ τὴν δόξαν τῶν νομιζομένων ἀξιωμάτων, τ [3] τῶνδε τῶν λόγων συνάξιν ποιήσασθαι. παντεχοῦ γὰρ, ὃς ἂν σωφρονίζηται ὑπὸ πατρὸς, ἢ γείτονος, ἢ τέκνου, ἢ φίλου, ἢ ἀδελφοῦ, ἢ ἀνδρὸς, ἢ γυναικὸς, [4] κατ' ἔλλειψιν, χωρὶς τ

1 *ὑπὲρ ἡμῶν*] *Rob. Steph.* edit. habet *ὑπὲρ ὑμῶν*, ſecundâ perſonâ, minus convenienter. SYLBURG.

2 *καὶ ἀδελφῶν*] Obſervavit, & ſorte hæc ſcribens in mente habuit *Juſtinus* monitum Eſaiæ cap. LXVI. v. 5. juxta LXX. *εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις, ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ*. GRABE.

3 *τῶνδε τῶν λόγων συνάξιν*] Meo judicio *συνάξιν*, *compoſitionem*, ut pag. 52. B. 104. A. 306. O. SYLBURG. Omnino aſſentior *Sylburgio συνταξιν* reponenti, ut initium hujus Apologiæ reſpondeat clauſulæ *τοῖσδε τοῖς λόγοις συνταξάμην*. Eadem phraſi alibi quoque uſus eſt *Juſtinus*, ut lib. de *Monarchia Dei*, ubi de *Æſchylo* primo, quem pro unitate divini numinis adducit, teſte ait: *ὡςοῦτος μὲν γὰρ Αἰσχύλος τὴν τῶν καθ' αὐτὸν λόγων συνάξιν ὠκνησεν* &c. Et in Dial. cum *Tryph.* pag. 306. D. *τ γεγενημένων ἡμῖν λόγων ἀπαίτων, ὡς δυνάμεις με, συνάξιν ποιήσομαι*. GRABE.

4 *κατ' ἔλλειψιν*] *Perionius* ſic accipit: ſi pater, aut frater, aliique quos *Juſtinus* enumerat, non fungantur officio ſuo, vel deſint, tum mulierem eorum loco, illum, qui erret, aut peccet in viam poſſe reducere. Alioqui *κατ' ἔλλειψιν* accipi poſſet etiam pro *in defectu*, id eſt, ſiquis delinquat, ſiquis à recta officii regulâ declinet, ut *χωρὶς τ πειθόντων* ſit, *etiamſi non adſint, qui perſuaſum habent, & credunt*. Atque ita non male cum *Lango* noſtro pro *ὃς* repoſuerimus *τὶς*, *aliquis*: quod aliqua ex parte vidit etiam *Perionius*. Hæc *Sylburgius* in poſterioribus annotationibus adjecit; quæ tamen omnia nauci ſunt. *Κατ' ἔλλειψιν* idem hoc loco eſt quod *imperfectè*, & ex præcedentibus repetendum, vel ſubaudiendum videtur *σωφρονίζηται*, niſi hoc ab imperito Librario ſit omiſſum, eò quod paulo antè præceſſerit. Iſta vero *Juſtini* ſententia eſt, quòd quicunque ex gentibus ad bonam frugem à patre vel alio cognato adducatur, haud perfectè bonus ac virtute præditus fieri queat, niſi in auxilium adhibeantur ii qui æternas malorum pœnas, & bonorum remunerationes credunt, ſcilicet Chriſtiani. Hôc enim tanquam validiſſimo argumento illi ad homines ab impietate revocandos utebantur: hoc mulier Chriſtiana, cujus mox mentionem facit *Juſtinus*, Ethnico & flagitioſiſſimo marito ſuo proponebat, *τὴν τε μέλλουσαν τοῖς ἐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγου ὀρθῆ βιῶσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσι*, ut *Juſtini* verba ſonant, quibus ſenſus præcedentium à nobis datus, haud parum confirmatur.

Neque

τ̃ πειθέντων τοὺς ἀδίκους, καὶ ἀκολάστους ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κολασθήσεσθαι· τοὺς δὲ ἐναρέτους, καὶ ὁμοίως Χριστῷ βιώσαντας, ἐν ἀπαθείᾳ [1] συγγενέσθαι τῷ Θεῷ (λέγομεν δὲ τ̃ γενομένων Χριστιανῶν) διὰ τὸ δυσμετάθετον καὶ φιλήδονον, καὶ δυσκίνητον [2] πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

[3] καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες ἐχθραίνοντες ἡμῖν, καὶ τοὺς τοιούτους δικαστὰς ἐχοντες ὑποχειρίους καὶ λατρεύοντας, ὡς ἂν ἄρχοντας δαιμονιῶντας, φονεύειν ἡμᾶς παρασκευάζουσιν. ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου δῆλη Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γένηται, τὰ πεπραγμένα ἀπαγγελῶ.

β'. Γυνή τις σωφρόνως ἀνδρὶ ἀκολαστοτέρῳ, ἀκολαστοτέρου καὶ αὐτὴ σωφρονεστέρου· ἐπεὶ δὲ τὰ τοῦ

nisi adhibitis iis, quibus est persuasum, injustos & libidinosos in igne æterno excruciatum iri: qui vero per virtutem ad exemplum Christi vitam egerint, extra perpessionem & dolorem omnem cum Deo esse victuros, (eos autem, qui *Christiani* sunt, dicimus) propter animorum pertinaciam & voluptatis studium, & quod ad honestatem consectandam excitari prorsus nequeant. . . .

Et maligni dæmones infensi nobis, atque hujusmodi judices sub ditione sua habentes, sibique devotos, eos ipsos tanquam dæmoniis agitatos Principes, occidere nos procurant. Ut autem causa tota, quæ sub Urbico est acta, manifesta vobis fiat, rem ipsam exponam.

II. Mulier quædam virum habebat intemperantem, ipsa quoque priùs quidem lascivè admodum se gerens: sed postquam

Neque de eo dubitabit, qui §. 12. alterius Apologiæ (juxta divisionem in nostra ed. factam) legerit. Ista quoque §. 10. pag. 18. lin. 7. seqq. ὅπερ γὰρ οὐκ ἐδυνήθησαν οἱ ἀνθρώπειοι νόμοι πρᾶξαι, ζῶντα ὁ λόγος θεῖος ἂν ἐργάσεται &c. illud quod hîc dicitur κατ' ἔλλειψιν, bene declarant. GRABE.

1 συγγενέσθαι] Συγγενήσεσθαι mavult *Perionius*, sed alibi quoque aoristum pro futuro usurpat *Justinus*, ac nominatim pag. 457. D. γενομένου itidem pro γενησομένῳ, & pag. 455. A. πρεσβεύειν pro πρεσβεύσειν, ac rursum p. 294. C. SYLBURG.

2 πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆσαι] Licet periodus istis verbis finiatur, & sensus sit perfectus, si post καὶ δυσκίνητον subintelligatur συμφρονίζεται, ut præced. not. dixi; tamen haud negaverim quædam hoc loco excidisse, quorum unam atque alteram periodum restitui Tom. I. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 173. GRABE.

3 καὶ οἱ φαῦλοι δαίμονες] Dæmones iniquos judices adversus pios Christianos concitare ex *Niceph.* lib. III. cap. 33. annotat *Langus.* Confer Apol. I. §. 5. nupertimæ edit.

quam ſalutarem Chriſti doctrinam accepiſſet, modeſtior facta, viro etiam perſuadere ſtuduit, ut caſtiùs viveret, Chriſtiana præcepta illi ſuggerens, & ignis æterni ſupplicium paratum iis, qui obſcenè, & ſine recta ratione vixiſſent, denuntians. Verum ille in eadem ſemper laſcivia perſeverans, ea agebat, quæ uxoris animum penitus ab ipſo alienarent. Illa namque nefas eſſe judicans cum tali deinceps conſueviſſe, qui contra naturæ leges, præterque jus undecunque vias libidinis exquireret, diſcedere ab eo voluit. Ut vero illam propinqui pro auctoritate ſua, ab eo conſilio ſunt dehortati, ſpemque ei fecerunt, virum aliquando tandem in melius mutatum iri, ipſa ſibi vim faciens, manſit cum viro.

III. Poſtquam vero vir ipſius *Alexandriam* profectus, multo etiam deterior factus eſſe dictus eſt; fœmina verita ne ſcelerum, atque impietatis ejus fieret particeps, ſi de cætero eodem cum illo lecto, eademque uteretur menſa, miſſo illi, qui apud vos dicitur, *repudii* libello

χρις῀ διδάγμαλα ἔγνω [1] αὐτη, [ἐσωφρονίσθη, Ϛ τ̃ ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, διδάγματα ἀναφέρουσα, τλὺ τε μέλλσαν τοῖς ἀ σωφρόνως, κ̀ μ῀ λόγᾳ ὀρθ῀ βιῶσιν, ἔσεσθ῀ ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλσα. ὁ δὲ, τ̃ αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν διὰ τ̃ πράξεων ἐποιεῖτο τλὺ γαμετλύ. ἀσεβὲς γὸ ἡγᾳμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ συγκαπεκλίνεσθ῀ ἀνδρὶ ᾧ θεὸς τ̃ τ̃ φύσεως νόμον, κ̀ ᾧ θεῷ τὸ δίκαιον πόρᾳς ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθ῀, τ̃ συζυγίας χωρισθῆναι ἐβελήθη. κ̀ ἐπεὶ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τ̃ αὐτῆς, ἔτι πρσμένειν συμβλευόνλων, [2] ὡς εἰς ἐλπίδας μεταβολῆς ἤξοντός ποτε τ̃ ἀνδρὸς, βιαζομένη ἑαυτλὺ ἐπέμενεν.

γ΄. Επειδὴ ὃ ὁ ταύτης ἀνὴρ, εἰς τ̃ [3] Αλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τ̃ ἀδικημάτων κ̀ ἀσεβημάτων γένηται, μένσα ἐν τ῀ συζυγίᾳ, κ̀ ὁμοδίαιτος κὰ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον [4] παρ᾽ ὑμῖν ῥεπάδιον

1 αὐτη] Hanc vocem omittit *Euſeb.* ex quo ſeqq. uncis incluſa reſtituuntur.

2 ὡς εἰς ἐλπίδας] *Euſeb. Valeſ.* habet ἐλπίδα. Exhortati ſunt autem mulierem cum marito infideli manere, in animo forſan habentes quæ dicuntur à S. Apoſtolo 1 Cor. VII. 13. &c. κ̀ γυνὴ ἥτις ἔχει ἄνδρα ἄπιστον, κ̀ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ᾽ αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτὸν. Et paulo poſt, τί γὸ οἶδας γύναι, εἰ τ̃ ἄνδρα σώσεις;

3 Αλεξάνδρειαν] Locus hic omni vitiorum genere fuit notatiſſimus. Hinc *Quintil.* de Inſtitut. Orat. lib. I. *Verba ne* Alexandrinis *quidem* permittenda *delitiis.*

4 παρ᾽ ὑμῖν] Παρ᾽ ἡμῖν *Euſeb.* quam lectionem

διον δῶσι, ἐχωρίσθη. ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ, δέον αὐτὸν χαίρειν, ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων [1] εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσι καὶ κακίαι πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ αὐτὸν [2] αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο, [3] μὴ βουλομένου, ἀπαλλαγείσης κατηγορίαν πεποίηται, λέγων αὐτὴν [4] Χριστιανὴν εἶναι. καὶ ἡ μὲν βιβλίδιον [5] Σοὶ τῷ Αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα· ἔπειτα ἀπολογήσεσθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὰ πραγμάτων αὐτῆς διοί-

bello, ab eo ſejuncta eſt. At ille porro, bonus vir, qui gratulari ſibi debuerat, quod uxor ſua nihil jam eorum ageret, quæ priùs cum miniſtris ac mercenariis, in vinum atque omne vitiorum genus effuſa licenter perpetrare conſueverat, ac etiam maritum ab ejuſmodi flagitiis abducere ſtuderet, mulierem, quæ ab eo idcirco diſceſſerat, quod recta ſuadenti ipſe obtemperare nollet, accuſavit, & Chriſtianam eſſe detulit. Mulier citata, ſupplici quoque libello Tibi Imperatori oblato, petiit ſibi permitti, ut rem familiarem ſuam primùm conſtitueret, ac deinde rebus domeſticis recte conſtitutis, accuſationi ſe eſſe reſponſuram

lectionem etiam ſecutus eſt *Meurſius* in ſuo Gloſſario ad voc. μπρέδιον citans hæc Juſtini verba; at minùs convenienter, quod vidit etiam *Stephanus*.

1 εὐχερῶς] Hanc lectionem retinere nihil vetat; ſiquis tamen αἰσχρῶς malit, per me licet. SYLBURG.

2 αὐτὰ] Τὰ αὐτὰ *Euſeb.*

3 μὴ βουλομένου] μὴ βουλόμενον, vel μὴ βουλόμενος legendum cenſet *Steph.* Sed hæ voces in *Regio* & *Mazarinæo Euſebii*, iſta *Juſtini* citantis, Codice haud leguntur, uti annotavit *Valeſius*; perperam, ut mihi videtur, addens, quòd ea ſine graviſſimo totius ſententiæ damno abeſſe haud poſſint. Ego præcedentibus διον αὐτὸν uſque ad ἀπαλλαγείσης in parentheſi poſitis, iſta μὴ βουλομένου aut abjicienda, aut loco βουλομένου accuſativum βουλόμενον reponendum puto. GRABE.

4 Χριστιανὴν εἶναι] Tam inveterato odio contra *Chriſti* doctrinam furebant profani homines, ut τὸ Χριστιανὸν εἶναι ſat haberetur criminis. Hinc *Athenagoras* in Apolog. pag. 2. his uſus eſt verbis: ἡμῖν δὲ (καὶ μὴ περιεργεσθῆτε ὡς οἱ πολλοὶ ἐξ ἀκοῆς) τὸ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθαι. οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μισοῦμεν ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ ἡμερίας &c. Conſer Theoph. lib. I. ad Autol. & eundem Athenag. pag. 3. & 13.

5 Σοὶ τῷ αὐτοκράτορι] Nota compellationem illam Σοὶ τῷ Αὐτοκράτορι. Etſi enim potiſſime ad S. P. Q. R. directa ſit hæc oratio, ut & titulus indicat, & compellatio pag. 43. tamen ut tradit *Euſebius* lib. 4. Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 40. B. prima hæc Apologia eſt τῷ θεῷ Αντωνῖνον τὸν εὐσεβῆ προσαγορευθέντα, καὶ τοὺς τούτου παῖδας, τῇ τε Ρωμαίων Σύγκλητον προσφωνητικὸς, ὑπὲρ τε τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος. SYLBURG. Sed *Euſebius* de altera Apologia ibi loquitur

ſuram pollicita eſt: idque Tu mulieri permiſiſti. At maritus, qui tum quidem nihil adverſus illam dicere poterat, in *Ptolemæum* quendam, in quem animadverterat *Urbicius*, qui mulierem Chriſtianæ religionis præceptis imbuerat, impetum ſuum vertit hoc modo: Centurioni cuidam amico ſuo perſuaſit, ut *Ptolemæum* comprehenderet, eumque in vincula conjiciens, hoc tantùm interrogaret, *an Chriſtianus eſſet?* Cum *Ptolemæus*, utpote amantiſſimus veri, & ab omni fraude ac mendacio alienus, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſſet, eum Centurio cuſtodiæ mancipavit, diuque in carcere afflixit.

IV. Poſtremo ubi ad *Urbicium* Præfectum adductus eſſet, ab eo id unum ſimiliter interrogatus eſt, *utrum eſſet*

κησιν [1] ὑπέχετο· καὶ συνεχώρησας τοῦτο. ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ, πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν, πρὸς [2] Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβίκιος ἐκόλασεν, διδάσκαλον [3] ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου· ἑκατοντάρχου εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου, καὶ ἀνερωτῆσαι, [4] εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον, Χριστιανός ἐστι; καὶ τοῦ Πτολεμαίου, φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τοῦ γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκόλασεν.

δ'. Τελευταῖον δὲ, ὅτε [5] ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ

quitur. Cæterùm fruſtra hæc verba ſollicitavit *Halloixius* in Vita *Juſtini* pag. 290. & pronomen σοι expunctum ivit, falſa ductus opinione, hanc Apologiam ſoli Senatui oblatam fuiſſe.

1 ὑπέχετο] In Codice *Regio* & *Mazarinæo Euſebii* verbum hoc deeſt, quod quidem abeſſe poteſt abſque ullo ſenſûs damno, ut in ſuis annott. obſervat *Valeſius*.

2 Πτολεμαῖον] De *Ptolemæo* vide *Halloix.* Vitam *Juſtini* pag. 395.

3 ἐκείνης] *Steph.* mavult σοφίης.

4 εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον] Ἀπεκρίνατο αὐτὸ τοῦτο μόνον, εἰ Χριστιανός ἐστι; *Steph.* cui adſtipulatur Cl. *Pearſonius*, niſi quod pro αὐτὸ ad marginem ſui *Juſtini* ſcripſit αὐτόν. Ferri tamen & Vulg. lectio poteſt (ſunt *Sylburgii* verba) hoc ſenſu, *an nihil aliud commiſerit*, niſi quòd Chriſtianus eſſet. Quod loquendi genus alibi quoque me obſervare memini, nominatim in *Apollonii* libris Syntacticis.

5 ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν] In Codice *Mediceo* & *Fuketiano Euſebii* ſcriptum eſt, ἐπὶ Οὐρβίκιον ἤχθη, quod magis placuit *Valeſio*. Apud Nicephorum quoque legitur, ὡς δὲ τελευταῖον Οὐρβίκιῳ παρεστάθη τῷ ἄρχοντι, teſte eodem *Valeſ.*

εἰ εἴη Χριστιανός; καὶ πάλιν τὸ καλὰ ἑαυτῷ συνεπισάμενος διὰ τ ἀπὸ τ Χριστ διδαχῆ, τὸ διδασκάλιον τ θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. 1 ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ εἴη, ἢ κατεγνωκὼς τ πράγματος, ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπισάμενος καὶ 2 ἀλλότριον τ πράγματος, τ ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ 3 ἀληθινῷ Χριστιανῷ. καὶ τ Οὐρβικίου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, 4 Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανὸς, ὁρῶν τὸν ἀλόγως ἔτως γενομένου κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβίκιον ἔφη· ‘τίς ἡ αἰτία, τ ‘μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀνδροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πεπραγότα ‘ἐλεγχόμενον, 5 ὀνόματος δὲ ‘Χριστιανῦ πρόσωνυμίαν ὁμολο-

X. Quod ſi quis diverſitatem legum humanarum variantium inter ſe objiciat, allegans, quæ à quibuſdam hominibus, vel pulchra, vel turpia exiſtimantur, ab aliis quæ illis ſint pulchra, turpia, & quæ turpia, pulchra cenſeri: audiat quæ hac quoque de re dicimus. Leges etiam malitiæ ſuæ congruentes angelos pravos conſtituiſſe ſcimus, quibus illorum ſimiles gaudent homines. Verùm recta accedens ratio non omnes ſententias, neque præcepta omnia honeſta eſſe commonſtrat: ſed hæc quidem prava, illa autem bona. Quocirca adverſus hoſce hæc ipſa & ſimilia à me dicentur atque diſſerentur pluribus, cum uſus tulerit; nunc ad propoſitum

interprete his expreſſum verbis: *eorumque parens eadem quæ ipſe facit, facere per Rationem & Verbum docet.* Mihi nullum eſt dubium, pro αὐτῷ ponendum αὐτὸν vel αὐτὸν, & ita vertendum: *& eorum parens* (Deus) *ſe eadem facere,* (id eſt, ſcelera punire) *per Verbum docet.* GRABE.

1 τὰς διαφόρους νόμους ἀνθρώπων &c.] Sic & *Tertullianus* lib. de Spectaculis: *Ethnici quos penes nulla eſt veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio ac libidine interpretantur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malum quod alibi bonum.* GRABE.

2 δὲ τὰ.] Redditivarum enallage factâ, τὰ δὲ accipiendum pro ἐκεῖνα δέ, ſeu ἕτερα δὲ, alioqui pro antecedente τὰ δὲ legendum foret, τὰ μέν. Conſonat cum his *Juſtini* illud *Plutarchi* in *Themiſtocle* ἄλλα δ' ἄλλοις καλὰ, & hoc *Ariſtotelis* Rhetoric. I. Τὰ παρ' ἐκάστοις δ' ἴδια καλά. SYLBURG.

3 οἷς χαίρουσιν οἱ ὅμοιοι &c.] Sic *Ariſtoteles* in Rhetorica lib. I. cap. 11. καὶ ἀεὶ τῷ ὁμοίῳ φίλον τὸ ὅμοιον καὶ ἐγγύς· ὅθεν δὴ ἥδεται.

4 εἰρήσεται] Haud ſcio an verius εἰρήσθω τε, vel εἴρηται τε, id eſt, *& dicta jam ſunt, & dicentur fuſius.* SYLBURG.

ſitum redeo. Longe ſublimiores eſſe res noſtras doctrinis humanis, inde conſtat; quod qui noſtri cauſa apparuit, Chriſtus rationalis ex parte omni factus eſt corpore, ratione, & anima. Et quæcumque recte quovis tempore dixerunt & invenerunt Philoſophi aut legumlatores, juxta eam partem, quæ rationis, inventionis & contemplationis eſt, id ab eis eſt factum. Quia autem non omnia, quæ Rationis ſunt & Verbi, id quippe Chriſtus eſt, perviderunt & promulgarunt, cum diverſa à ſeipſis & contraria perſæpe dixerunt, tum qui ante Chriſtum fuere, quod ratione pro captu humano innixi res pleraſque contemplari, explorare & arguere contenderint, tanquam impii & curioſi, ad judicum tribunalia ſunt protracti.

XI. Qui autem ad hoc omnium inter eos fuit vehementiſſimus, *Socrates*, ejuſdem nobiſcum eſt accuſatus criminis. Nam illum, dictum eſt, nova

ἐπὶ τὸ προκείμενον ἀνέρχομαι. μεγαλειότερα μὲν ἂν πάσης ἀνθρωπείας διδασκαλίας φαίνεται τὰ ἡμέτερα· [1] διὰ τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τοῦ φανέντος δι' ἡμᾶς χριστὸν γεγονέναι καὶ σῶμα, καὶ λόγον, καὶ ψυχήν. [2] ὅσα γὰρ καλῶς ἀεὶ ἐφθέγξαντο καὶ εὗρον οἱ φιλοσοφήσαντες ἢ νομοθετήσαντες, κατὰ λόγου μέρος εὑρέσεως καὶ θεωρίας ἐστὶ πονηθέντα αὐτοῖς. ἐπειδὴ δὲ ἅπαντα τὰ τοῦ λόγου ἐγνώρισεν, ὅς ἐστι Χριστός, καὶ ἐναντία ἑαυτοῖς πολλάκις εἶπον· καὶ οἱ προγεγραμμένοι τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον λόγῳ πειραθέντες τὰ πράγματα θεωρῆσαι καὶ ἐλέγξαι, ὡς ἀσεβεῖς καὶ περίεργοι εἰς δικαστήρια ἤχθησαν.

ια'. Ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐτονώτερος πρὸς τοῦτο ὑμῖν μὲν Σωκράτης, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη. καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν

[1] καινὰ

1 *διὰ τοῦτο λογικὸν τὸ ὅλον τοῦ φανέντος* &c.] Ex *Perionio* notavit *Sylburgius*, hæc ita emendanda eſſe: *διὰ τὸ λογικὸν ὅλον τοῦ φανέντος*. Sed nimis violenta videtur eſſe hæc emendatio, & potiùs ſine ullius literæ mutatione, voce τοῦτο in duas divisâ, legendum: *διὰ δὲ τὸ λογικὸν τὸ ὅλον τοῦ φανέντος* &c. Cæterum hæc & ſequentia conſer cum præcedenti p. 20. lin. 8. ſeqq. & iis quæ ad priorem Apologiam pag. 90. num. 4. annotavi. GRABE.

2 *ὅσα γὰρ καλῶς*] Hæc quæ à noſtro *Juſtino* perhibentur, confirmant illa *Tertulliani* Apolog. cap. 47. *Quis poëtarum, quis ſophiſtarum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? Inde igitur philoſophi ſitim ingenii ſui rigaverunt, ut quæ de noſtris habent, ea nos comparent illis* &c.

[1] καινὰ

1 καινὰ δαιμόνια εἰσφέρῃ, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. ὁ δὲ δαίμονας μὲν τοὺς φαύλους, καὶ τοὺς πεπραχότας ἃ ἔφασαν οἱ ποιηταὶ, ἐκβαλὼν τῆς πολιτείας, καὶ Ὅμηρον, καὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς παραιτεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδαξε· πρὸς 2 θεὸν δὲ τὸν ἀγνώστου αὐτοῖς, διὰ λόγου ζητήσεως ἀπιγνωσιν προυτρέπετο εἰπών· 3 τὸν δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὔθ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὔθ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές. 4 ἃ ἡμέτερος Χριστὸς διὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως ἔπραξε. Σωκράτει μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐπιστεύθη ὑπὲρ τούτου δόγματος ἀποθνήσκειν· Χριστῷ δὲ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι, (λόγος γὰρ ἦν καὶ ἔστιν, ὁ ἐν παντὶ ὢν καὶ διὰ τῶν προ-

dæmonia inferre; & quos urbs cenſeret eſſe, ipſum non putare deos. At ille dæmones quidem malos, & eorum, quæ Poetæ deſcripſerunt patratores, urbe exegit: hominesque, ut *Homerum* & Poetas alios vitarent, docuit, & ad ignoti eis Dei per Rationis & Verbi inquiſitionem cohortatus eſt, dicens: *Parentem autem & opificem univerſorum, neque invenire facile, neque inventum in vulgus promulgare tutum eſt.* Quæ Chriſtus noſter virtute & potentiâ ipſe ſuâ præſtitit & fecit. Ac *Socrati* quidem certe nemo tantum fidei habuit, ut pro doctrinâ illâ mortem perferret: Chriſto autem, qui & à *Socrate* ex parte eſt agnitus, (Ratio enim, & Verbum, fuit, & eſt, in univerſitate rerum exiſtens: qui & per prophetas,

1 καινὰ δαιμόνια] Hoc nimirum eſt illud quod de *Socrate* accepimus, quodque in libris *Socraticorum* ſæpe dicitur, eſſe divinum quiddam, quod *dæmonion* appellat; cui ſemper ipſe paruerit (τῷ λόγῳ ſcilicet) *nunquam impellenti, ſæpe revocanti. Cicero* de Divinat. lib. 1. Vide plura de hac re in *Langi* annot. ad calcem hujus libri impreſſis.

2 Θεὸν δὲ τὸν ἀγνώστου] Reſpicit, niſi fallor, inſcriptionem aræ apud Athenienſes, *Ignoto Deo*; quam *Paulus* Apoſtolus memorat Act. XVII. 23. GRABE.

3 τὸν δὲ πατέρα] Apud *Platonem* in *Timæo* pag. 28. ed. *Par.* ſic legimus τὸν μὲν οὖν ποιητὴν, καὶ πατέρα τοῦδε παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Verùm hæc non *Socrati* ſed *Timæo* tribui à *Platone*, monet *Sylburgius*.

4 ἃ ἡμέτερος Χριστὸς] Juxta illud S. *Luc.* cap. X. v. 22. Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ πατρός μου· καὶ οὐδεὶς γινώσκει τίς ἐστιν ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ· καὶ τίς ἐστιν ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

5 ἐπιστεύθη] Confuſa videtur duplex lectio, ἐπίστευσαν & ἐπείσθη, quæ & conjungi alicubi ab hoc ſcriptore ſolent. Ejuſdem vero generis ſententia eſt apud *Theodoretum* noſtrum 135. 4. SYLBURG.

phetas, quæ futura erant, vaticinatus eſt, & per ſeipſum hæc, par nobis perpeſſionibus factus, docuit) non philoſophi & philologi, id eſt, ſapientiæ & ſermonis rationiſque amatores tantùm, ſed etiam manuarii artifices atque idiotæ rudes, prorſus gloriam, metum & mortem flocci facientes, perſuaſione firma adducti crediderunt: quandoquidem is Virtus eſt Patris ineffabilis, & non humanæ rationis vaſa. Enimvero neque ita cæderemur, neque potentiores nobis eſſent injuſti ſimul & homines & dæmones, niſi quilibet, qui ortus eſt, homo, omnino mortis etiam debito eſſet implicatus. Idcirco nos debitum id perſolventes, gratias agimus.

XII. Cæterùm & *Xenophonteum* illud in præſentia apud *Creſcentem*, & eos, qui pariter cum illo

φητῶν προειπὼν τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, καὶ δι' ἑαυτοῦ ὁμοιοπαθῆς γενόμενος καὶ διδάξαντος ταῦτα) οἱ φιλόσοφοι, οὐδὲ φιλόλογοι μόνον ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι, καὶ παντελῶς ἰδιῶται, [1] καὶ δόξης, καὶ φόβου, καὶ θανάτου καταφρονήσαντες· ἐπειδὴ δύναμίς ἐστι τοῦ ἀῤῥήτου πατρὸς, καὶ [2] οὐκὶ ἀνθρωπείου λόγου τὸ σκεῦος. οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ ἐφονεύόμεθα, οὐδὲ δυνατώτεροι ἡμῶν ἦσαν εἴτε ἄδικοι ἄνθρωποι καὶ δαίμονες, εἰ μὴ πάντως παντὶ γεννωμένῳ ἀνθρώπῳ καὶ θανεῖν ὠφείλετο. ὅθεν καὶ [3] τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, εὐχαριστοῦμεν.

ιϛ'. Καί τοί γε καὶ τὸ [4] Ξενοφῶντειον ἐκεῖνο νυῦν ποῖός τε Κρίσκεντε, καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ

1 καὶ δόξης, καὶ φόβου, & θανάτου] Sic de ſyncero & germano fideli loquitur *Clemens* Strom. lib. IV. nimirum quod ὁ μὲν οὐδὲ ἐλπίδι δωρεᾶν ἠτιμασμένων πιστεύσειεν τὴν πίστιν. ἀγάπη δὲ ποῖος τὸν Κύριον ἀσπάσεται τοῦδε τοῦ βίου ἀπολυθέντα χάριν ἴσως καὶ τοῦ τὴν αἰτίαν παρεσχημένου τοῦ οὐδενὸς ἕξοδον, & τοῦ τὴν ἐπιβουλὴν πεφυσιωμένου ἀγνοοῦντος &c.

2 οὐκὶ ἀνθρωπείου λόγου τὸ σκεῦος] *Langus* interpres per τὸ σκεῦος ἀνθρωπείου λόγου male intellexit *fideles, Chriſti, non humanæ rationis vaſa*, ſive *vaſa miſericordiæ* juxta Rom. IX. 23. Quem ſenſum textus & conſtructio verborum non admittit. Ita autem Juſtinus vocavit *Socratem* alioſque Philoſophos, quos cum Chriſto comparans, illum ipſam *Dei virtutem* cum Apoſtolo 1 Corinth. I. 24. dicit; hos autem *humanæ rationis vaſa* appellat, ac proinde illi potiùs quàm his fidem ab hominibus habitam docet. GRABE.

3 τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, εὐχαριστοῦμεν] Lege quæ ſupra pag. 9. not. 2. dixi. GRABE.

4 Ξενοφῶντειον ἐκεῖνο &c.] Locus hic extat apud Xenophontem in lib. 2. cap. 21. 22. memorabilium. Eadem fabula exhibetur à *Cicerone* lib. 1. c. 32. de Officiis, & *Max. Tyr.* Diſſert. 4.

1 καὶ

τῷ ἀφραίνοντας, καλὸν καὶ εὔκαιρον εἰπεῖν ἡγήμεθα. τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τριοδόν τινα ἔφη ὁ Ξενοφῶν βαδίζοντα, εὑρεῖν τὴν τε ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν, ἐν γυναικῶν μορφαῖς φαινομένας· καὶ τὴν μὲν κακίαν, ἁβρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐρωτοπεπωμένῳ καὶ ἀνθοῦντι ἐκ τῶν πιστῶν προσώπῳ, θελκτικήν τε εὐθὺς πρὸς τὰς ὄψεις οὖσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν Ἡρακλέα, ὅτι ἐὰν αὐτῇ ἕπηται, ἡδόμενόν τε καὶ κεκοσμημένον τῷ λαμπροτάτῳ, καὶ ὁμοίῳ τῷ περὶ αὐτὴν κόσμῳ διατήσειν ἀεὶ ποιήσει. καὶ τὴν ἀρετὴν ἐν αὐχμηρῷ μὲν τῷ προσώπῳ καὶ τῇ περιβολῇ οὖσαν, εἰπεῖν· Ἀλλ' ἐμοὶ πειθῇ, ἃ κόσμῳ, οὐδὲ κάλλει τῷ ῥέοντι, καὶ φθειρομένῳ ἑαυτὸν κοσμήσεις, ἀλλὰ τοῖς ἀϊδίοις καὶ καλοῖς κόσμοις. [1] καὶ πάνθ' ὁντινῶν πεπείσμεθα φεύγοντα τὰ δοκοῦντα καλὰ, τὰ δὲ νομιζόμενα σκληρὰ καὶ [2] ἄλογα μετερχόμενον, εὐδαιμονίαν οὐδέχεται· ἡ γὰρ κακία, περίβλημα ἑαυτῆς τῶν πράξεων

mente capti inſaniunt, recte atque tempeſtive me allegaturum puto. *Herculem, Xenophon* ait, in trivio quodam deambulantem, Virtutem & Pravitatem mulierum ſpecie ſibi obvias inveniſſe: ac Pravitatem quidem molliter veſtitam, ac proinde floreſcenti illicibilique ad amorem, atque aſpectu ſtatim ſolo ad demulcendum compoſito vultu, ad eum dixiſſe: ſi ſe ſequeretur, effecturam eſſe, ut lætus ille ſplendidiſſimo, eique pari, quem ipſa geſtaret, mundo exornatus, omnem exigeret ætatem. Virtutem autem, vultu & veſtitu ſqualido, ita verba feciſſe: *At ſi mihi obſequêre, non ornatu hujuſmodi, neque forma fluxa & fragili teipſum condecorabis, ſed æternis atque honeſtis ornamentis. Nemo quippe, qui perſuaſionibus meis paret, ea, quæ videntur pulchra, fugiens; quæ vero habentur dura & irrationabilia perſequens, beatitudinem non conſequitur.* Pravitas namque operibus ſuis velamentum, ea, quæ

1 καὶ πάνθ' ὁντινῶν πεπείσμεθα φεύγοντα] *Perionius* trajecto verbo legit: καὶ πεπείσμεθα πάνθ' ὁντινῶν φεύγοντα. Motus, niſi fallor, infinitivo ἐκδέχεται, qui verbum aliquod præcedens requirit. Verùm non ad πεπείσμεθα, ſed ad εἰπεῖν referendum puto. GRABE.

2 ἄλογα] Αλγεινα ſeu ἀλγεῖ, *Sylburgius* mavult legere; ſed per ἄλογα *Juſtinus* deſignare videtur mala, quæ virtute præditis citra rationem à pravis hominibus inferuntur; quomodo Apolog. I. pag. 4. lin. 9. ait, Chriſtianos ab Ethnicis vexari ἀλόγῳ ὁρμῇ, & pag. 9. l. 10. ἀλόγῳ πάθει. Atque tunc μετερχόμενον verto *ſuperantem*. GRABE.

quæ virtutis ſunt, & revera pulchra ſunt, per corruptibilium æmulationem obtendens, (nihil enim, quod corruptioni non ſubjaceat, nec habet, nec facere poteſt,) & quæ ei propria ſunt mala virtuti imponens, in ſervitutem adigit humi repentes homines. Verùm qui mentis ſunt compotes, cùm vera virtutis bona intelligunt, tum illius beneficio ſunt æterni. Quod & de Chriſtianis, & athletis, & de his opinari oportet mortalibus, qui talia factis ſuis deſignarunt, qualia de diis, ut habentur, poetæ cecinerunt. Omnes igitur veritatem noſtræ profeſſionis ex eo colligunt quod magno mortem contemnamus animo. Nam & ego ipſe *Platonis* diſciplinæ ſectator, cum

τὰ πεφσόντα τῇ ἀρετῇ καὶ ὄντως ὄντα καλὰ διὰ μιμήσεως φθαρτῶν ψευδαλλομένη, (1 ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν ἔχει, οὐδὲ ποιῆσαι δύνα) διελαγωγεῖ τὰς χαμαιπετεῖς τ ἀνθρώπων, τὰ πεφσόντα αὐτῇ φαῦλα τῇ ἀρετῇ περιθεῖσα. οἱ δ νενοηκότες τὰ πφσόντα τῷ ὄντι καλὰ, καὶ ἄφθαρτα τῇ ἀρετῇ. ὃ καὶ ψεῦδος Χριστιανῶν, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἄθλου τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν τοιαῦτα πεπραχότων, ὁποῖα ἔφθασαν οἱ ποιηταὶ ψεῦδος τῶν νομιζομένων θεῶν, ὑπολαβεῖν δεῖ. 2 πάντα δὲ ἔχει ἐκ τοῦ καὶ τοῦ φοβεῖσθαι καταφρονεῖν ἡμᾶς θανάτου, λογισμὸν ἔλκοντα. 3 καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαλαμβάνουσ

1 ἄφθαρτον γὰρ οὐδὲν] Sic etiam *Clemens* qui (in Pædag. lib. II. hanc *Prodici* Virtutis imaginem memorat) mox ſubjungit ἐξιτηλὸν μὲν γὰρ ἡ γραφὴ τὸ χρῶμα γίνεται· αἱ δὲ φύσεις, ἃς αἰ ψυχαὶ τοῖς φαρμακώδεσι τοῦ βαφῆς χυμοῖς ἐκτήκουσι τὰ ἔρια, τῶν ἀμπέχονων τὰς ὑφάνεις ἀσθενεῖς ἀποτελοῦσι· τὸ γὰρ οὐδὲν εἰς οἰκονομίαν εὔθετον, &c.

2 πάντα δὲ ἔχει ἐκ τοῦ καὶ τοῦ φοβεῖσθαι] Rejectâ omnino conjecturâ *Sylburgii*, ſorte legendum putantis ἐκτοῦ καὶ φοβεῖσθαι, nec *Perionio* adſentior, pro ἔχει reponenti ἔστι, ita ut cum ſequenti participio pluralis numeri ἔλκοντα conſtruatur. Verùm ἔχει ἕλκοντα rectè dicitur ſermone Græco pro ἕλκει, & λογισμὸν ἕλκειν hic ſignificat *ratiocinando argumentum capere*. Id enim dicit *Juſtinus*, *omnes ratiocinando veritatem Chriſtianæ religionis ex eo colligere*, *quod illius ſectatores ipſam mortem, quam natura fugit, intrepide contemnant*. Quem ſenſum nullus Interpretum percepit, licet immediate ſequentia: καὶ γὰρ αὐτὸς &c. eum apertiſſime confirment. GRABE.

3 καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ] Hujus periodi ab *Euſebio* lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 8. citatæ varias lectiones, junctim collegi Tom. 1. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 136. Porro idem confeſſus eſt *Juſtinus* in Dial. cum *Tryphone Judæo* pag. 219. ed. *Par.* ἔδοξέ μοι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχεῖν· πολὺ γὰρ καὶ τοῦτο λῷον κλέος &c. GRABE.

1 ὁρᾶν

βαλλομένους ἀκόων χρηστιανούς, [1] ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον, καὶ πάντα τὰ ἄλλα νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. τίς γὰρ φιλήδονος, ἢ ἀκρατὴς, καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν βορὰν ἀγαθὸν ἡγούμενος, δύναιτο ἂν θάνατον ἀπαράζεσθαι, ὅπως τῶν αὐτοῦ ἀγαθῶν στερηθῇ· ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῆν μὲν ἀεὶ τῷ ἐνθάδε βιοτῷ, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο· ἆρ' οὐχ ὅτι γε ἑαυτὸν κατήγγελλε φονεύσοντα; ἤδη καὶ τοῦτο ἐνήργησαν οἱ φαῦλοι δαίμονες διὰ τινῶν πονηρῶν ἀνθρώπων πραχθῆναι. φονεύοντες γὰρ αὐτοὶ τινὰς ὑπὸ συκοφαντίαν τὴν εἰς ἡμᾶς, καὶ [2] εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων, ἢ παῖδας, ἢ γυναῖα, καὶ δι' αἰκισμῶν φοβερῶν ἐξαναγκάζουσι κατειπεῖν ταῦτα τὰ μυθολογούμενα, ἃ αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν· ὧν ἐπειδὴ ἀ-

Chriſtianos calumniis appeti audirem, intrepide autem ad mortem & alia, quæ terribilia eſſe cenſentur, omnia adire conſpicerem: cogitavi ipſe mecum, fieri non poſſe, ut illi vitiis ac voluptatibus dediti eſſent. Quis etenim voluptatis conſectator, aut intemperans, & humanis carnibus veſci pro deliciis habens, mortem libenter amplecti queat, ut bonis ſuis ſeipſum privet; ac non potiùs omnibus modis contendat, ut in hac vita perpetuò degat, & magiſtratus ipſos lateat, nedum ſe ipſe necandum ultrò prodat, ac deferat? Jam verò & illud, ut à malis quibuſdam hominibus fieret, pravi effecerunt genii. Nam ad ſycophanticam adverſus nos calumniam nonnullos necantes, ad tormenta protraxerunt noſtrorum ſervos, aut pueros, aut mulierculas: ut per cruciatus horrendos & formidabiles eorum, quæ ſermonibus vanis atque fabuloſis feruntur, flagitiorum extorquerent confeſſionem, quæ flagitia ipſi manifeſtò faciunt: Quorum nulla

1 ὁρῶν δὲ ἀφόβους πρὸς θάνατον] De Zenone hæc refert *Clemens* Strom. lib. 2. ſcilicet ἕνα Ινδὸν παραπτώμενον ἐθέλειν ἰδεῖν, ἢ πάσας τὰς περὶ πόνα ἀποδείξεις μαθεῖν. ἡμεῖν δὲ ἄφοβοι μαρτύρων πηγαὶ ἐκάστης ἡμέρας, ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν θεωρούμενοι παραπτωμένων, ἀνασκινδαλευομένων, τὰς κεφαλὰς ἀποτεμνομένων. τύτοις πάνυ ὁ παρὰ τῷ νόμῳ φοβῶ εἰς χρηστὸν παιδαγωγήσας σωμήσκησε τὸ εὐλαβὲς καὶ δι' αἱμάτων ἐνδείκνυσθαι &c.

2 εἰς βασάνους εἵλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων] Confer *Irenæi* geminum hac de re teſtimonium pag. 469. noſtræ editionis. GRABE.

1 τινῶν

nulla cum nobis juſte attribuantur, non curamus, Deum ingenitum & ineffabilem, teſtem cogitationum & factorum habentes. Quanam enim de cauſa, illa quoque bona eſſe publice non profitemur, aut divinam ea philoſophiam eſſe non oſtendimus, dicendo: *Saturni* nos operari myſteriis, hominibus jugulandis, & manibus cruore implendis, eademque, uti dicitur, facientes quæ à vobis fiunt cuidam idolo quod colitis: cui non ſolum animantium ſanguis aſpergitur, ſed etiam humanus cruor, viro apud vos clariſſimo ac nobiliſſimo hanc ex hominum occiſorum ſanguine libationem faciente. *Jovis* etiam aliorumque deorum, abſque timore & pudore omni, cum viris juxta & fœminis conſueſcendi imita-

δὲν πεθόσεσιν ἡμῖν, ὁ Φροντίζομεν, Θεὸν τὸν ἀγέννητον καὶ ἄῤῥητον, μάρτυρα ἔχοντες τῶν λογισμῶν καὶ τῶν πράξεων. [1] τίνος γὰρ χάριν ὀκνοῦμεν καὶ τὰ τοιαῦτα δημόσια ὁμολογεῖν ἀγαθὰ, καὶ Φιλοσοφίαν θείαν αὐτὰ ἀποδείκνυμεν, Φάσκοντες, [2] Κρόνῳ μὲν μυστήρια τελεῖν ἐν τῷ ἀνθροφονεῖν, καὶ ἐν τῷ αἵματος ἐμπίμπλασθαι, ὡς λέγεται, τὰ ἴσα τῷ παρ' ὑμῖν [3] πεμμένῳ εἰδώλῳ, ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα πορεύεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, ἀφ' ὃ παρ' ὑμῖν [4] ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόχυσιν τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι. [5] Διὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μιμηταὶ γενόμενοι ἐν τῷ ἀνδροβατεῖν καὶ γυναικῶν ἀδεῶς

1 τίνος γὰρ χάριν] Hiſce crimina infanticidii & promiſcui concubitûs egregie diluit. GRABE.

2 Κρόνῳ μὲν μυστήρια &c.] De hoc Feſto loquitur *Tertullianus* in Apolog. cap. IX. *Cum propriis filiis* Saturnus *non pepercit, extraneis utique non parcendo perſeverabat, quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libentes reſpondebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrymantes immolarentur.* Cæterum celebrata erant hæc Κρονια quotannis in XIV. Calend. Decemb. quo tempore gladiatores, quibus præeſſe *Saturnus* credebatur munus tuum peragebant. Plura de hac re videas apud *Lactantium* lib. I. cap. 21. *Dion. Halic.* lib. I. *Macrob.* &c.

3 πεμμένῳ εἰδώλῳ] *Jovis Latialis* ſimulacrum intelligit. Huic enim numini æque ac *Saturno* humanam ſanguinem offerebant, juxta illud,

Funditur humanus Latiali in *munere ſanguis.*

Prudent. in lib. I. cap. 21. contra *Symmach.* Vid. *Tat.* pag. 101. ed. *Oxon. Theoph.* ad *Autol.* lib. 2. *Lactant.* lib. I. cap. 21.

4 ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου] Ex his verbis colligit *Valeſius* in Annot. ad *Euſeb.* pag. 284. Prætorem Urbanum hoc ſacrificium peregiſſe.

5 Διὸς δὲ &c.] Vide *Juſtini* Orat. parænet. pag. 3. quæque ibi annotavimus.

δεῶς μίγνυσθαι, Ἐπικύρῳ μὲν καὶ τοῖς τῶν ποιητῶν συγγράμμασι ἀπολογίαν φέροντες. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα τὰ μαθήματα, καὶ τοὺς ταῦτα πράξαντας καὶ μιμουμένους, φεύγειν πείθομεν, ὡς καὶ νῦν διὰ τῶνδε τῶν λόγων ἠγωνίσμεθα, ποικίλως πολεμούμεθα· [1] ἀλλ' ὃ φροντίζομεν, ἐπεὶ Θεὸν τῶν πάντων ἐπόπτην δίκαιον οἴδαμεν. [2] εἰ γὰρ καὶ νῦν τις ἦν, [3] τραγικῇ φωνῇ ἀνεβόησεν [4] ἐπὶ τὸ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς· 'αἰδέσθητε, αἰδέσθητε, [5] ἃ φανερῶς πράττετε, εἰς ἀναιτίους ἀναφέροντες, καὶ τοὺς σεσοφότας καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ὑμετέροις Θεοῖς, 'ὠθοῦντες [6] τούτοις, ὧν ὀδὲν ὀδ' ἐπὶ ποσὸν μετουσία ἐστί· 'μεταθεσθε, σωφρονίσθητε.

ιγ'. Καὶ γὰρ ἐγὼ, μαθὼν πρόβλημα πονηρὸν εἰς ἀποστροφὴν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων πεπλασμένον ὑπὸ τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς Χριστιανῶν θείοις διδάγμασι, καὶ ψευδο-

tores esse, ex *Epicuri* & Poetarum scriptis defensionem adducentes. Quoniam autem disciplinam ejusmodi improbamus, & qui talia faciunt & æmulantur, fugere suademus; pro eo atque id nunc quoque oratione hac nostra magnopere contendimus, multifariàm oppugnamur: sed nihil id curamus, quia Deum inspectorem omnium justum novimus. Utinam vero nunc etiam aliquis existeret, qui superiore quopiam è loco voce Tragica exclamaret: *Pudeat, pudeat vos quæ manifeste ipsi perpetratis, ea in innocentes referre, & quæ vobis ipsis & vestris insunt diis, ea illis attribuere, in quos ne tantilla quidem cadit pars scelerum tantorum: convertimini, resipiscite.*

XIII. Nam & ego malam speciem divinis Christianorum doctrinis à pravis dæmonibus ad absterrendos alios homines, falso affictam intelligens;

1 ἀλλ' ὃ φροντίζομεν] Ita & paulò ante pag. 32. lin 1.

2 εἰ δὲ καὶ νῦν τις ἦν] Aut redundat verbum ἦν, aut post illud ipsum desideratur relativum ὃς seu ὅστις. SYLBURG.

3 τραγικῇ φωνῇ] Hoc est *graviter*, & *verbis grandibus*, quibus Tragœdiarum scriptores utuntur.

4 ἐπὶ τὸ βῆμα ὑψηλὸν ἀναβὰς] Atque hoc & Cratis ex *Plutarcho* verba, qui eâdem orationis figurâ usi sunt, annotavit *Halloixius* in vita *Justini* p. 374. col. 1. GRABE.

5 ἃ φανερῶς πράττετε] Eadem habet modò citatâ pag. 32. lin. 12.

6 τούτοις, ὧν] Pro duabus his vocibus structura & sententia postulat, ὡς τούτων SYLBURG.

telligens; cùm prætextum eum ipſum, & multitudinis opinionem riſi; tum ut Chriſtianus invenirer, me & votis omnibus optâſſe,& omni contentione elaboraſſe profiteor: non equidem quod alienæ ſint à Chriſto *Platonis* doctrinæ, ſed quod in omnibus non *ſibi* ſint ſimiles, ſicuti neque aliorum, *Stoicorum* videlicet, & Poetarum, & Hiſtoricorum. Unuſquiſque enim ex parte divinæ ſeminariæ rationis, quod eidem, *rationi*, congruum eſt, videns, præclare locutus eſt: qui autem iis in rebus, quæ maximi ſunt ponderis pugnantia cenſuerunt, ii nec ſcientiâ ſublimiori, nec cognitione irreprehenſibili præditi videntur fuiſſe. Quæcunque ergo apud omnes rectè dicta ſunt, noſtrorum Chriſtianorum ſunt. Ingeniti namque & ineffabilis Dei Verbum poſt Deum & adona his poſt hunc ſcripſit *Theophilus Antiochenus* in lib. 2. ad *Autolycum*:

λογόμενον πᾶσι, καὶ τὸ περιβλήματος καταγέλασον, καὶ τῆς ᾠδῆς τοῖς πολλοῖς δόξης, Χριστιανὸς εὑρεθῆναι καὶ εὐχόμενος, καὶ παρρησίᾳ ἀγωνιζόμενος ὁμολογῶ· οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος δόγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων, Στωϊκῶν τε, καὶ ποιητῶν, καὶ συγγραφέων. ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ θείου λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν, καλῶς ἐφθέγξατο· οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες, οὐκ [1] ἀπιστήμιον τινὰ ἄπορον, καὶ γνῶσιν τινὰ ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. [2] ὅστις ἂν παρὰ πᾶσι καλῶς εἴρηται, ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν ἐστί. τὸν γὰρ ἀπὸ ἀγεννήτου καὶ ἀῤῥήτου Θεοῦ λόγον [3] μετὰ τὸν Θεὸν προσκυνοῦμεν

1 ἐπιστήμιον τινὰ ἄπορον] Interpres legit ἄπτωτον *conſtantem*; aut inquit, ἀνυπόπτον *non ſuſpectam*. Alioqui ἄπορον apud *Dionyſ. Halicarnaſſeum*, & alios veteres ſignificat *à conſpectu ſeu oculis remotam*. SYLBURG. Imo verò fruſtra hæc vox ſollicitatur, ſiquidem ἄπορον hoc loco idem eſt, ac quod in Dial. cum *Tryphone* pag. 225. B. dixerat, ἀ σωπτὸν, ἀδὲ συνοπτὸν. Cumque à *Suidâ* ἄπορον non modò per ἀθεώρητον ſed & ὑψηλὸν exponatur, hic ἐπιστήμιον τινὰ ἄπορον, *ſcientiam ſublimiorem* reddo. GRABE.

2 ὅστις ἂν παρὰ πᾶσι καλῶς] Conſonat his quæ in altera Apologia pag. 24. lin. 15. dixerat, οὐ δόγμασι χώρις ἔχοντες.

3 μετὰ τὸν Θεὸν] A mente *Juſtini* aberrat *Langus* dum etiam μετὰ τῷ Θεῷ legi poſſe putat. μετὰ Θεὸν enim hoc loco ſignificat *poſt Deum*, ac idem eſt, quod in altera Apolog. pag. 24. lin. 15. dixerat, οὐ δεύτερα χώρια ἔχοντες. GRABE.

1 καὶ

νεμεν, καὶ ἀγαπῶμεν, ἐπειδὴ καὶ δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος γέγονεν, ὅπως καὶ τῶν παθῶν τ̃ ἡμετέρων συμμέτοχος γενόμενος, καὶ ἰάσιν ποιήσηται. οἱ γὰρ συγγραφεῖς πάντες, διὰ τ̃ ἐνούσης ἐμφύτου λόγου σπορᾶς, ἀμυδρῶς ἐδυνάντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. ἕτερον γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς, καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθέν· καὶ ἕτερον αὐτό, ὃ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται.

ιδ'. Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, πρεσβεῦσαι ὅτι τὸ βιβλίδιον, ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ ἡμέτερα γνωσθῇ, καὶ διώκωνται τῆς ψευδοδοξίας καὶ ἀγνοίας τῶν καλῶν ἀπαλλαγῆναι οἱ πρὸς τὴν ἑαυτῶν αὐτίαν ὑπεύθυνοι τῆς τιμωρίας γίνονται, εἰς τὸ γνωσθῆναι τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα· διὸ ἐν τῇ φύσει τ̃ ἀνθρώπων εἶναι τὸ γνωστικὸν καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ δίκαιον τὸ ἡμῶν,

ramus & amamus: quoniam noſtra cauſa id homo factum eſt, ut perpeſſionum noſtrarum participatione medicinam nobis faceret. Nam ſcriptores omnes propter rationis ſemen inſitum, perquam tenuiter ea quæ ſunt, cernere potuerunt. Aliud eſt enim ſemen alicujus, & imitatio ſecundum facultatem naturalem data: & aliud id ipſum, cujus, per gratiam ab ipſo datam, participatio fit & imitatio.

XIV. Quapropter vos rogamus, ut ſubſcribentes, quod vobis placet libellum hunc proponatis: ut & à cæteris noſtra cognoſcantur poſſintque falſa opinione, & pulchrorum ac præclarorum ignoratione liberari qui alioqui præter ſuam culpam (ſuppliciis ſcilicet æternis) fiunt obnoxii, & hæc in hominum notitiam perveniant, propterea quòd in hominum natura notio honeſtatis & turpitudinis ineſt; tum autem noſtrâ etiam causâ, quos illi tales

1 κατὰ δύναμιν] Δύναμις hîc ſignificat *naturalem facultatem*, cui opponitur χάρις, id eſt *ſupernaturalis gratia*. GRABE.

2 καὶ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου] Subintelligendum δοθέντος, ſicutimodò dixerat: κατὰ δύναμιν δοθέν. GRABE.

3 ὑπογράψαντες τὸ ὑμῖν δοκοῦν πρεσβεῦσαι &c.] *Langus* Interpres haud rectè hunc locum intellexit: ſenſus verò eſt, ut *ſubſcribentes quod vobis placet, proponatis hunc libellum*, uti rectè in margine ſui exemplaris annotavit Cl. *Pearſonius*. GRABE.

4 τὸ βιβλίδιον] Ita & *Melitonis* Apolog. M. *Aurelio* oblata ab *Euſebio* lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 26. vocatur τὸ πρὸς Αντωνῖνον βιβλίδιον, quæ & ipſa fortè *Juſtini* & *Melitonis* inſcriptio fuit. GRABE.

5 ὅπως καὶ τοῖς ἄλλοις &c.] Hujus periodi verſionem ex *Sylburg.* emendavimus: cui loco non multùm abſimilis eſt alius *Juſtini* p. 90. l. 45. ed. *Par.* Hanc *Sylburgii* quoque explicationem confirmant ea quæ leguntur Apolog. 1. p. 6. lin. 3. ſeqq.

tales ignorant, quales ipsi dicunt, damnare fœditates, atque ob id etiam quod *Gentiles* ejusmodi gaudeant, atque serviant Diis, qui turpia commiserint, ac etiamnum talia ab hominibus exigant: quanquam eo ipso, dum in nos quasi talia patrantes, mortem, carcerem, aut aliam mulctam decernunt, semetipsos damnent; adeo ut aliis judicibus non sit opus. Ego verò etiam impiam atque erroneam in gente mea *Simonianam* despexi *disciplinam*. Quod si Vos hanc petitionem publici juris feceritis, nos cura-

[1] ὃς οὐκ ἐπίστευσεν τοιαῦτα ὁπόσα λέγουσιν αἰσχρὰ κατεψηφιζομένους, καὶ [2] διὰ τὸ χαίρειν τοιαῦτα πράξασι θεοῖς, καὶ ἔτι νῦν ἀπαιτοῦσι παρὰ ἀνθρώπων τὰ ὅμοια, [3] ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν ὡς τοιαῦτα πράξασι, θάνατον, ἢ δεσμὰ, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον προσιμον ἑαυτοὺς κατακρίνειν, ὡς μὴ δέεσθαι ἄλλων δικαστῶν. [4] καὶ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει ἀσεβοῦς καὶ πλάνου Σιμωνιανοῦ διδάγματος κατεφρόνησα. ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προσχάψητε, [5] ἡμεῖς τοῖς πᾶσι

[1] ὃς οὐκ ἐπίστευσεν τοιαῦτα] Frustra *Perionius* post τοιαῦτα addi vult πράττοντας vel ποιοῦσι, & sententiam *Justini* in versione prorsus pervertit. Genuinus autem sensus esse videtur, quem *Langus* expressit. GRABE.

[2] διὰ τὸ χαίρειν — ἄλλων δικαστῶν] Sanè textus hic omnino corruptus aut mutilus, sententia autem *Justini* hæc esse videtur. Nimirum novam addit rationem, quare Christianorum doctrina, pravis moribus adversa, publice proponi debeat, quod scilicet *Gentiles ejusmodi gaudeant atque serviant diis, qui turpia commiserint, ac etiamnum talia ab hominibus exigant.* Unde nihil mirum, quod ipsimet iisdem flagitiis indulgeant: *quanquam eo ipso, dum in Christianos, quasi talia patrantes, mortem, carcerem, aut aliam mulctam decernunt, semetipsos damnent, adeo ut aliis Judicibus non sit opus.* GRABE.

[3] ἐκ τοῦ καὶ ἡμῖν] Deest quidem verbum, ad quod hi dandi casus, ἡμῖν πράξασι, & accusandi casus hi, θάνατον, δεσμὰ & τι τοιοῦτον, pertinent, id est, quod hos sibi casus tribui vult, sed quodnam illud sit, ignoro. Nec solùm verbum deest, sed etiam ὅτι, vel similis conjunctio, propterea quod ἐκ τοῦ, ad κατακρίνειν infiniti modi verbum referatur. Itaque sic corrigi hunc locum recte posse arbitror, ἐκ τοῦ, ὅτι ἐ vel εἰ καὶ ἡμῖν. PERIONIUS.

[4] ἐ τοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ἔθνει] Hæc verba quorsum à *Justino* posita sint, nescire se profitetur *Perionius*, quod prorsus non cum superioribus & sequentibus cohæreant; unde ea ab aliquo addita suspicatur. Sed *Justinus* respexisse videtur, quod paulò ante dixerat, *Christianos à turpibus abhorrere*; indeque de semetipso addit, quod *in propria gente ortam* Simonianam *doctrinam, eò quod impia esset, & bonis moribus noxia, rejecerit.* Cæterùm hunc vel alium in Apol. I. de *Simone Mago* locum ipse *Justinus* in dialogo cum *Tryphone Judæo* citavit, de quo vide Tom. I. Spicilegii Patrum Sec. II. p. 157. seq. GRABE.

[5] ἡμεῖς τοῖς πᾶσι φανερὸν ποιήσαιμεν] Ex hoc loco colligo, *Justinum* Apologiam

πᾶσι φανερὸν ποιήσαιμεν, ἵνα, εἰ δύναιντο, μεταθῶνται· τοῦτο γε μόνου χάριν τόνδε τὸν λόγον συνετάξαμεν. Οὐκ ἔστι δὲ ἡμῶν τὰ διδάγματα κατὰ κρίσιν σώφρονα ἀσκεπῆ, ἀλλὰ πάσης μὲν φιλοσοφίας ἀνθρωπείας ὑπέρτερα· εἰ δὲ μή, κἂν [1] Σωτα-δείοις, καὶ [2] φιλαινιδείοις, καὶ ὀρχηστικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις ποιητικοῖς διδάγμασιν οὐχ ὅμοια, οἷς ἐντυγχάνειν πᾶσι, καὶ γενομένοις καὶ γεγραμμένοις συγκεχώρηται. καὶ παυσόμεθα λοιπὸν, ὅσον ἐφ' ἡμῖν οὖν πράξαντες, καὶ πεισθέντες τῆς ἀληθείας καταξιωθῆναι τοὺς πάντη πάντας ἀνθρώπους. εἴη δ' ἂν καὶ ὑμᾶς ἀξίως [3] εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι.

bimus, ut in omnium oculis manibusque ea palam versetur, ut illi, quoad ejus fieri possit, resipiscant: cujus unius rei gratia libellum hunc composuimus. Non sunt autem doctrinæ & præcepta nostra, si sanum accedat judicium, turpia; sed humanâ omni Philosophiâ longè superiora; sin minus, *Sotadiis*, certè quidem, & *Philænidiis* & *Saltatoriis*, & *Epicureis*, aliisque id genus poeticis institutionibus non similia: quarum & qui antea scripti sunt, & qui nunc eduntur, libellos legere omnibus est permissum. Ac desinemus jam verba facere, conniſi, quantum in nobis fuit, votisque omnibus precati, ut omnes ubique homines, qui ad veritatis perveniant agnitionem, reperiantur digni. Faxit ergo Deus, ut & Vos, sicut Pietatis & Philosophiæ titulo dignum est, justum de vobis ipsis feratis judicium.

giam haud divulgare voluisse, priusquam ab Imperatoribus publici juris esset facta. GRABE.

1 Σωτα-δείοις] Per Σωτάδεια διδάγματα intelligit obscœnam disciplinam *Sotadis* Poetæ, qui, secundum *Suidam*, Κρὴς Μαρωνείτης, δαιμονιώδεις, ἰαμβοποιὸς φθορέως ἐπιτηδεύσεως, ἤτοι κιναίδους διαλέκτου Ἰωνικῆς.

2 Φιλαινιδείοις] Hoc est nec similia doctrinis, quæ in impudicis, *Philænidis Lucadiæ* meretricis libris perhibentur.

3 εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας] Vide quæ dicuntur supra pag. 8. num. 3.

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Λόγος Παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας.

SANCTI JUSTINI

PHILOSOPHI & MARTYRIS

Ad Græcos Cohortatoria oratio.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Λόγος Παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας.

SANCTI JUSTINI

PHILOSOPHI & MARTYRIS

Ad Græcos Cohortatio.

α'. [1] Ἀρχόμενος τοῦ πρὸς ὑμᾶς παραινέσεως, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εὔχομαι τῷ Θεῷ, ἐμοὶ μὲν ὑπάρξαι τὰ δέοντα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν· ὑμᾶς δὲ τῆς προτέρας ἀφεμένους φιλονεικίας, καὶ [4] τῆς τῶν προγόνων πλάνης ἀπαλλαγέντας, ἐλέσθαι τὰ λυσιτελοῦντα νυνί· [5] ἡδὲν οἰομένους πρὸς τοὺς προγόνους ὑμῶν

I. COhortationem apud vos, viri *Græci*, instituens, Deum oro, ut & mihi ea dicendi, quæ opus est, suppetat facultas; & vobis, pristino contentionis studio relicto, majorumque errore abjecto, jamjam ea, quæ utilia sunt, eligendi potestas; nihil vos in majores vestros peccaturos esse existimantibus

1 Ἀγίε] In edd. Græco-latinis legitur εὐ ἀγίοις πατρὸς ἡμῶν, sed nos *Rob. Steph.* lectionem retinuimus, quam confirmant ambo MSS. Reg.

2 λόγος παραινετικὸς] De hoc libro, & de hoc, nec non alio ejus titulo, vide, quæ dixi Tom. 1. Spicilegii Patrum Seculi II. pag. 148. seq. GRABE.

3 Ἀρχόμενος τῆς πρὸς ὑμᾶς] Imitari mihi videtur *Justinus* principium orationis, qua *Cteſiphontem* defendit *Demoſthenes*: Πρῶτον μέν, ὦ Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι & πάσαις, ὅσῳ εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτῳ ὑπάρξαι μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα &c. PERIONIUS.

4 τῆς τῶν προγόνων πλάνης] Nimirum objicit Gentilibus *Justinus* in Apolog. 1. pag. 21. ὁμοίως τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη τῆς ἀληθείας μισῶντε.

5 ἡδὲν ναῦ] ἡδὲν MSS. Reg. 1. 2.

mantibus, si quæ diversa sunt ab illorum non recte conceptis opinionibus, nunc commodiora vobis esse censueritis. Accurata namque rerum perscrutatio persæpe etiam ea quæ rectè se habere videntur, exactiore examine veritatis adhibito, longè aliter se habere ostendit. Itaque cùm constitutum nobis sit de verâ religione dicere, quâ nihil prius atque præstabilius, ut quidem puto, apud eos habetur, qui vitam sibi extra periculum omne agendam statuerunt, propter futurum post hujus vitæ finem judicium: (quod certè equidem non modò majores nostri, divini homines, prophetæ & legislatores; verùm etiam qui apud vos habiti sunt sapientes, Poetæ simul & Philosophi, veram at-

ἔσεσθαι [1] πλημμελὲς παρ' ὑμῶν, εἰ τἐναντία νυνὶ τῶν πρότερον μὴ καλῶς δοξάντων αὐτοῖς, χρήσιμα φαίνοιτο παρ' ὑμῖν. ἡ γὰρ τῶν πραγμάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις, καὶ τὰ δόξαντα [2] καλῶς ἔχειν, πολλάκις ἀλλοιότερα δείκνυσιν, ἀκριβεστέρα πείρα τἀληθὲς βασανίσασα. ἐπεὶ τοίνυν ἡμῖν ὁ περὶ τ ἀληθοῦς θεοσεβείας πρόκειται λόγος, ἧς ἀδὲν οἶμαι προτιμότερον [3] τοῖς ἀκινδύνως βιῶν πεφορημένοις εἶναι νενόμισται [4] διὰ τὸν μέλλοντα μετὰ τὸν τελευτὸν τόδε τὸν βίον ἔσεσθαι κρίσιν. ἣν ὁ μόνον οἱ ἡμέτεροι κατὰ Θεὸν [5] κηρύξαντες προφῆται, [6] ἀλλὰ καὶ οἱ παρ' ὑμῶν νομισθέντες εἶναι σοφοὶ, ὁ ποιηταὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ [7] φιλόσοφοι, οἱ τὸν ἀληθῆ

1 πλημμελὲς παρ' ὑμῶν] παρ' ὑμῶν πλημμελὲς MSS. Reg. 1. 2.

2 καλῶς ἔχειν] πολλάκις καλῶς ἔχειν ἀλλοιότερα.

3 τοῖς ἀκινδύνως βιῶν] Mali sc. & à rectâ Religione alieni semper metu & anxietatibus vexantur. Unde *Juv.* Sat. XIII. v. 223.

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli:
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis, &c.

4 διὰ τὸν μέλλοντα &c.] Vide quæ supra dicta sunt pag 2. num. 4.

5 κηρύξαντες] πρὸκηρύξαντες MSS. Reg. 1. 2. quam lectionem etiam in aliquibus *Rob. Steph.* Codd. observatam retineri monet *Sylburgius.*

6 ἀλλὰ καὶ οἱ παρ' ὑμῶν] Congrua his sunt ista *Theophili* lib. 2. ad *Autolycum*: μὴ νῦν ἀπιστήσας, πεισθῆς ἀνιώμενος· τότε ἐν αἰωνίοις τιμωρίοις, ὧν τιμωριῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν προφητῶν μεταζυτέρους γενόμενοι οἱ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι ἐκλυσαν ἐκ τῶν αἰτίων γραφῶν, &c. Argumentum hoc fusiùs prosequitur *Justinus* infra pag. 25. seqq. ubi Poetarum Philosophorumque opiniones de mundo futuro & ultimo hominis judicio late recenset.

7 φιλόσοφοι] Articulum præpositivum οἱ habent MSS. Reg. 1. 2.

ἀληθῆ [1] καὶ θείαν ἐπαγγελλόμενοι παρ' ὑμῖν εἰδέναι γνῶσιν· ἔδοξέ μοι καλῶς ἔχειν, πρῶτον μὲν τὰς τ' θεοσεβείας ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν ἐξετάσαι διδασκάλους, οἵ τινες καὶ ὅσοι, καὶ καθ' ὃς γεγόνασι χρόνους· ἵν' οἱ μὲν πρότερον τῷ ψευδώνυμον θεοσέβειαν παρὰ τ' προγόνων παρειληφότες, νῦν γὰρ αἰσθόμενοι, τ' παλαιᾶς ἐκείνης ἀπαλλαγῶσι πλάνης· ἡμεῖς δὲ σαφῶς καὶ φανερῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀποδείξωμεν τῇ τ' κατὰ θεὸν προγόνων ἑπομένους θεοσεβείᾳ.

β'. Τίνας τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τ' θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους εἶναι φατέ; τοὺς ποιητάς; ἀλλ' οὐ συνοίσει ὑμῖν πρὸς ἄνδρας τὰ τ' ποιητῶν εἰδότας λέγειν· ἴσασι γὰρ τὰ ὑπ' αὐτῶν γελοιοτάτοις περὶ θεῶν γενέσεως λεγόμενα, ὡς ἔστιν ἡμῖν ἀπὸ τ' κορυφαιοτάτου παρ' ὑμῖν καὶ πρώτου τ' ποιητῶν Ὁμήρου μανθάνειν. ὅτε γὰρ πρῶτον μὲν τὰ τ' θεῶν γένεσιν ἐξ ὕδατος τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι φησίν. ὅτω γὰρ [a] γέγραφεν·

[2] Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

[a] Il ξ'. v. 201.

que divinam se scientiam assequutos apud vos profitentur, deprædicant:) rectè me facturum esse putavi, si primùm & nostræ & vestræ religionis auctores scrutarer, qui illi tandem, quales, & quibus exstiterint temporibus; ut cùm illi, qui falsò cognominatæ religionis cultum à majoribus acceperunt, percepto nunc erroris sensu, ex ejusmodi veteri expediantur fraude & seductione: tum verò liquidò & manifestè declaretur, divinorum nos majorum sacra sequi & pietatem.

II. Quos igitur, viri *Græci*, religionis vestræ allegatis doctores? Poetasne? Verùm id facere minimè vobis proderit apud homines, quibus res poeticæ cognitæ sunt. Norunt enim illi ridiculam maximè, quæ à poetis refertur, deorum procreationem; sicuti eam nobis à summo Poetarum vestrorum *Homero* discere licet. Primùm siquidem is deorum generationem ex aquâ initium sumpsisse dicit. Ita enim scribit:

Oceanumque deûm patrem,
Tethymque parentem.

Deinde

1 καὶ θείαν] καὶ θείαν εἰδέναι παρ' ὑμῖν ἐπαγγελλόμενοι γνῶσιν. MSS. Reg. 1. 2.

2 Ὠκεανόν τε &c.] *Homericum* hoc citavit etiam *Theophilus* in lib. 2. ad *Autolycum*, & sequentem versum ex Il. φ'. immediate addit,

Ἐξ ἧπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.

Deinde neceſſarium quoque eſt, quæ idem de principe, ſicuti ab eis cenſetur, Deo dicat, *patrem* eum ſæpenumerò vocans

—hominûmque, Deûmque,
ſubjicere; inquit enim,
Humano generi bellorum Jupiter auctor.

Hunc ſanè non tantùm copiis militaribus auctorem belli, ſed *Trojanis* etiam, per filiam ejus, perjurii cauſam facit; eundemque amantem, & miſerum, & dolentem, reliquorumque deorum inſidias experientem *Homerus* inducit; nunc quidem de filio ipſum ſuo dicentem,

Eheu, ſupra homines nobis Sarpedona cunctos

Επειτα δὲ καὶ ἃ ὠφέλει ἓν πρώτῳ παρ' αὐτοῖς νομιζομένῳ Θεῷ λέγει, ὃν καὶ πατέρα ὀνομάζει πολλάκις,

— ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι. [a] ἔφη γὰρ,
Ζεὺς, ὅστ' ἀνθρώπων ταμίης
πολέμοιο τέτυκται.

αὐτὸν τοίνυν τὸν πόλεμον ταμίαν μόνον τῷ στρατεύματι, [1] ἀλλὰ καὶ ἐπιορκίας Τρωσὶ διὰ τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς αἴτιον γεγωνέναι φησί· [2] καὶ τοῦτον ἐρῶντα, καὶ ἀκετλιάζοντα, καὶ ὀλοφυρόμενον, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων Θεῶν ἐπιβαλλόμενον Ομηρος εἰσάγει, καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ [3] ἑαυτοῦ παιδὸς [b] λέγοντα,

Ωμοι ἐγὼν, ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν

a Il. δ'. v. 84. b Il. π'. v. 433.

protinus abſurditatem evincens verbis ſequentibus: *A δὴ λέγων ἀκόπτει θεὸν συνιεῖαι. πῆς γὰρ ἂν ἐπίστευσαν τὸ ὠκεανὸν ὕδωρ εἶναι; εἰ δὲ ὕδωρ, οὐκ ἄρα θεός. ὁ δὲ θεὸς εἰ τῶν ὅλων ποιητής ἐστι, κρείττων καὶ ἐστιν, ἄρα καὶ τοῦ ὕδατος, καὶ τῶν θαλασσῶν κτίστης ἐστίν.* &c.

1 *ἀλλὰ καὶ ἐπιορκίας διὰ τῆς αὐτοῦ θυγατρὸς* &c.] Per *Jovis* filiam *Venerem* intelligit, quæ *Alexandrum* rapuit tum, cum *Menelaus* gloriam ſingulari certamini propoſitam *Trojanorum Græcorumque* conſenſu, & jurejurando, eo interfecto conſequuturus eſſet. Fidem enim utrique inter ſe dederunt, cujus jurisjurandi *Jovem* cæteroſque deos teſtes eſſe voluerunt, fore, uti, ſi *Alexander Menelaum* ſuperaret, *Helenam* haberet, omneſque facultates: ſin *Alexandrum Menelaus* vinceret, *Helenam Trojani* omneſque facultates redderent: *Venus* autem cum ſuperiorem *Menelaum* cerneret, *Alexandrum* ex periculo ereptum, contra jusjurandi religionem, cujus teſtis erat *Jupiter*, in cubiculo abſcondit, & *Helenam* accerſitam in excelsâ arce collocavit. Et quoniam *Venus Jovis* erat filia, hæc patris ſive conſilio, ſive conceſſu feciſſe exiſtimatur: quod dum fecit, perjurii autor & cauſa fuit *Trojanis* per *illam Jupiter*. Hæc omnia qui vult cognoſcere, legat tertium *Iliadis* librum. *Picus* hunc locum non intellexit. Neque enim perjurio *Jovis* filia, ut *Juſtinum* vult dicere, ſcelus in *Trojanos* admiſit, ſed *Jupiter* illius operâ fecit, ut *Trojani* perjurio ſe contaminarint, ſi modo perjurium dicendum eſt. PERIONIUS.

2 *καὶ*] Deeſt hæc vox in MS. Reg. 2.

3 *ἑαυτοῦ παιδὸς λέγοντα*] Eadem habet *Tertullianus* Apolog. cap. XIV. *& Jovem nunc flentem* Sarpedonis *caſum.*

1 *τὸν*

Μοῖρ' ἐτὸν Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι.

ποτὲ δὲ ὑπὲρ Ἕκτορος [a],

Ω πόποι, ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖχος
Ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι, ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ.

Τίνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων θεῶν μετὰ τὴν τοῦ Διὸς ἐπιβουλὴν [b] λέγει, ἴσασιν οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς ἔπεσι τούτοις·

Ὅππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι,
Ἥρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

καὶ εἰ μὴ τὸν

[1] Ὃν Βριάρεων καλέουσι [2] θεοὶ, ὑπέδεισαν οἱ μάκαρες θεοὶ, ἐδέδετο ἂν ὑπ' αὐτῶν ὁ Ζεύς. ὅσου γὲ καὶ [3] περὶ τὰ ἐρωτικὰ τοῦ Διὸς ἀκολασίας Ὁμηρος λέγει, ἀναγκαῖον δὲ αὐτῶν [4] ὑμᾶς ὑπομνῆσαι ὧν εἴρηκε ῥητῶν. ἔφη γὰρ αὐτὸν ἔτω πρὸς τὴν Ἥραν [c] λέγειν,

Dilectum, dextrâ Patrocli Parca peremit;

nunc autem de *Hectore*,

O Dii, carum hominem fugientem mœnia circum
Urgeri video, trepidat mœrore meum cor.

Quæ verò de aliorum Deorum adversus *Jovem* structis insidiis memorat, intelligunt, qui versus hosce legunt:

Illum cum reliqui vellent vincire catenis
Cœlicolæ, Juno, Neptunus, & ipsa Minerva.

Atque nisi,

Quem Briarea *vocant Dii*, extimuissent beata illa numina, vinctus ab eis fuisset *Jupiter*. Enimvero quæ etiam de immoderatis *Jovis* amoribus *Homerus* canit, peropus est nobis per *Jovis* ipsius, quæ apud eum ad *Junonem* suam facit, exponere verba,

Non

a Il. χ'. v. 168. b Il. α'. v. 399. c Il. ξ'. v. 315. seqq.

1 Ὃν Βριάρεων &c.] Articulum τὸν, assumpta conjunctione καὶ, *Perionius* in sequens membrum transfert, & legit, τὸν καὶ ὑπέδεισαν μάκαρες θεοὶ, ut eo modo & poetica articuli abusio evitetur, & *Homeri* locus meliùs exprimatur. Sed non hîc mutatione opus est. Nam & citatio satis est evidens, & articulus pro demonstrativo pronomine alibi quoque à *Justino* usurpatur, ut Index noster in ὁ aliquot exemplis declarat. SYLBURG. Et exempla quidem ibi indicata omnia ex suppositiitis libris petita sunt, excepto unico in Dial. cum *Tryphone* pag. 266. B. ubi *ea quæ* τὰ ὅσα dixit *Justinus*. Attamen & id unicum ostendit, mutationem non esse necessariam; præsertim cum hoc loco *Justinus Homeri* versus ac poeticas fabulas recensens, aptiùs quàm alibi, poetico stylo uti potuerit. GRABE.

2 θεοὶ] hæc vox in duobus MSS. Reg. est omissa.

3 περὶ ἐρωτικὰς τοῦ Διὸς] Vide Apolog. 1. p. 8. quæque ibi annotata sunt, quibus addas quæ dicuntur à *Tertulliano* in Apolog. cap. XIV.

4 ὑμᾶς] ἡμᾶς MSS. Reg. 1.

Non me tantus amor diffusus pectore toto
Ussit, sive deæ, mortalis sive puellæ:
Non Ixioniæ *cum conjugis igne calerem,*
Non Danaes *formâ præstabilis* Acrisionæ,
Non cum Phœnicis *præclari filia pulchra,*
Non Semele Graiis, Alcmenave *cognita* Thebis,
Non Regina Ceres *plexis ornata capillis,*
Non Latona *mihi, non cum tu,* Juno, *placeres,*
Quantà nunc in te mea corda libidine flagrant.

Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρως, οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν,
Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
Οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης,
Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κούρης περικλειτοῖο,
Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, οὐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ,
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης,
Οὐδ' ὁπότε Λητοῦς ἐρικυδέος, οὐδὲ σεῦ αὐτῆς.

Quæ porro de aliis ibidem diis ex *Homeri* poemate cognoscere liceat, & quæ ab hominibus illi pertulerint, consentaneum nunc est, ut commemoremus. Nam *Martem* & *Venerem* à *Diomede* vulnera accepisse ait; & præterea multorum aliorum deorum ærumnas recenset, quas à *Dione* filiam consolante discere possumus. Eam enim ita alloquitur:

Quantumvis justo, mea filia, parce dolori,
Namque à terrigenis divi permulta tulere

Τίνα δὲ καὶ τὰ ἄλλων θεῶν ἐκ τοῦ Ὁμήρου ποιήσεως ἔξεστι μανθάνειν, καὶ ὅσα ὑπὸ ἀνθρώπων πέπονθασιν, ἀκόλουθόν ἐστιν ὑπομνῆσαι νυνί. Ἄρεα μὲν γὰρ καὶ Ἀφροδίτην [2] ὑπὸ Διομήδους [2] τετρῶσθαι λέγει, πολλῶν δὲ καὶ ἄλλων θεῶν δηγεῖται πάθη· ἔστω γάρ ἐστιν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ ὡδαμυθημένης τὴν θυγατέρα Διώνης μανθάνειν. ἔφη γὰρ πρὸς αὐτήν.[b]

Τέτλαθι, τέκνον ἐμόν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ·
Πολλοὶ γὰρ δὴ τλῆμεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

[a] Il. ε'. v. 330. [b] Ibid. v. 382. seqq.

Ε ξ

1 ὐ γὰρ πώποτέ μ'] Hi versus ex Il. ξ'. libro sumpti sunt, sed omissi sunt alii sex, quos ibi his interjectos reperiet, cui studio erit cognoscere. Utrum à *Justino* prætermissi sint deditâ operâ, an à librariis casu alii viderint. PERIONIUS.

2 ὑπὸ] *Rob. Steph.* ὑπό.

2 μιν]

Ἐξ ἀνδρῶν, χαλέπ' ἄλγε' ἐπ' ἀλλήλοισι τιθέντες.
Τλῆ μὲν Ἄρης, ὅτε μιν Ὦτος, κρατερὸς τ' Ἐφιάλτης,
Παῖδες Ἀλωῆος, δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ,
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας.
Τλῆ δ' Ἥρη, ὅτε μιν κρατερὸς παῖς Ἀμφιτρύων[a]
Δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν ὀϊστῷ τριγλώχινι
Βεβλήκει, τότε κέν [1] μιν ἀνήκεστον λάβεν ἄγλος.
Τλῆ δ' Ἀΐδης ἐν τοῖσι πελώριος ὠκυμὸν ὀϊστὸν,
Εὖτέ μιν αὐτὸς ἀνὴρ υἱὸς Διὸς αἰγιόχοιο
Ἐν Πύλῳ ἐν νεκύεσσι βαλὼν ὀδυνήσιν ἔδωκεν.
Αὐτὰρ [2] ἔβη πρὸς δῶμα Διὸς, ἐς μάκρον Ὄλυμπον,
Κῆρ ἀχέων, ὀδυνῇσι πεπαρμένος· αὐτὰρ ὀϊστὸς
Ὤμῳ ἐνὶ στιβαρῷ ἠλήλατο, κῆδε δὲ θυμόν.
Εἰ δή κε τὸ τ λοιπῶν θεῶν ἐξ ἐναντίας μάχης ὑπομνησθῆναι ὑμᾶς προσήκει, αὐτὸς ὑμᾶς ὁ ὑμέτερος ποιητὴς ὑπομνήσει λέγων,[a]
Τόσσ' ἄρα κτύπος ὦρτο θεῶν ἐριδι ξυνιόντων.

Damna alia ex aliis cumulantes, probraque probris.
Vincula ſuſtinuit Mavors, *cum carcere cæco*
Ortus Aloides, *illum fraterque* Ephialtes,
Duriter incluſum, totum tenuere per annum.
Amphitryonidæ *forti* Saturnia Juno
Telo icta ex arcu acceptum tulit ubere vulnus
In dextro, & luctum mœrens toleravit acerbum.
Hujus & ipſe viri celerem virtute ſagittam
Emiſſam multâ, ad portam perſenſit apertam,
Mortales inter functos vaſtiſſimus Orcus.
Ille domos divûm & magnum conſcendit Olympum,
Sollicitis animum curis perculſus; at ingens
Telum humero fixum cruciabat corda dolore.

Si verò cæterorum quoque deorum commiſſam inter ipſos pugnam referre vos oporteat, ipſe hoc veſter Poeta fecerit, dicens,

Acris pugna deûm magno eſt exorta tumultu.

a Il. ε'. v. 66.

Adverſus

1 μιν] MS. Reg. 2. habet πιρ. vulgares edd. μέν.

3 ἔβη] *Homeri* editiones unanimi conſenſu habent ὃ βῆ. SYLBURG.

1 μηδ']

Adverſus regis Neptuni *namque tridentem*

Conſtitit aligeris infractus Apollo *ſagittis*:

Gradivum *contra patrem* Tritonia Pallas.

Junoni *ſeſe oppoſuit ſoror inclyta* Phœbi

Arcitenens, *aureis & gaudens* Cynthia *telis*,

Latonæ *magno ſervator* Atlante *creatus*.

Ητοι μὲν γὰρ ἔναντα Ποσειδάωνος ἄνακτος
Ιζεται Απόλλων φοῖβος, ἔχων ἰὰ πηρόεντα·
Αντα δ' Ενυαλίοιο θεὰ γλαυκῶπις Αθήνη.
Ηρη δ' ἀντέςη χρυσηλάκατος κελαδεινὴ
Αρτεμις ἰοχέαιρα, κασιγνήτη Εκάτοιο.
Λητοῖ δ' ἀντέςη σῶκος ἐριούνιος Ερμῆς.

Hæc & ejuſmodi alia de diis *Homerus* docuit; & non ſolùm *Homerus*, ſed etiam *Heſiodus*. Quocirca, ſi fidem ſummis apud vos Poetis habetis, qui genealogias deorum veſtrorum ediderunt, ut vel tales eos fuiſſe exiſtimetis, vel prorſus deos non fuiſſe credatis, neceſſe eſt.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἄλλα θεῶν ἐδίδαξεν ὑμᾶς Ομηρος· καὶ οὐχ Ομηρος μόνον, ἀλλὰ καὶ Ησίοδος, ὥςε εἰ μὲν πιςεύετε τοῖς χαριεςάτοις ὑμῶν ποιηταῖς, τοῖς καὶ γενεαλογήσασι τοὺς θεοὺς ὑμῶν, ἀνάγκη ὑμᾶς ἢ τοιούτους αὐτοὺς εἶναι νομίζειν, ἢ μηδ' ὅλως θεοὺς αὐτοὺς εἶναι πιςεύειν.

III. Sin Poetas allegare non vultis, quoniam & fabulas fingendi poteſtatem eis eſſe, & multa de diis à vero aliena fabulosè eos referre affirmatis; quos tandem alios religionis veſtræ magiſtros eſſe arbitramini, & quomodo eam illos addidiciſſe dicitis? Fieri enim minimè poteſt, ut qui non priùs ex peritis cogno-

Γ'. Εἰ δὲ τοὺς ποιητὰς ταῦτα λέγειν, ἐπειδὴ μύθους τινὰς αὐτοῖς πλάττειν ἐξεῖναι φατε, καὶ πολλὰ πόρρω τῆς ἀληθείας περὶ θεῶν μυθωδῶς διεξιέναι, τίνας ἑτέρους τῆς θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους ἔχειν οἴεσθε, ἢ πῶς αὐτοὺς ταύτην μεμαθηκέναι φατέ; ἀδύνατον γὰρ τοὺς μὴ πρότερον παρὰ τῶν εἰδότων μεμαθηκότας

1 μηδ'] μηδ' MSS. Reg. 1. 2.

2 μύθους τινὰ] Juxta illud Poetæ: *Pictoribus atque Poetis quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.* GRABE.

3 ἀδύνατον γὰρ] Hanc ſententiam, quam & in ſequentibus repetit *Juſtinus*, citavit *Joannes Damaſcenus* lib. II. Parallel. cap. 26. GRABE.

1 πρὸς

πας, τὰ ἄτω μεγάλα καὶ θεῖα πράγματα γινώσκειν. τὰς σοφὰς πάντως δήπου καὶ φιλοσόφους λέξετε· ἐπὶ τούτους γὰρ, ὥσπερ ἐπὶ τεῖχος ὀχυρὸν, καταφεύγειν εἰώθατε, ἐπειδάν τις ὑμῖν τὰς τῶν ποιητῶν περὶ θεῶν ἐπαγγέλλῃ δόξας. ὥστε ἐπιδήπερ ἀπὸ τῶν παλαιῶν καὶ πρώτων ἀρχαῖς προσήκει, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος, τὴν ἑκάστου δόξαν ἐκθήσομαι, πολλῷ γελοιοτέραν τῶν ποιητῶν θεολογίας οὖσαν. Θαλῆς μὲν γὰρ ὁ Μιλήσιος, ὁ πρῶτος τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἀρξάμενος, ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ ὕδωρ ἀπεφήνατο· ἐξ ὕδατος γάρ φησι τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι. Ἀναξίμανδρος ὁ μὴ τοῦτον, ἀπὸ τοῦ αὐτῆς ὁρμώμενος Μιλήτου, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν ἁπάντων ἔφησεν εἶναι· ἐκ τούτου γὰρ δὴ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ

verint, res tam magnas & divinas intelligant. Sapientes ſcilicet & ſapientiæ ſtudioſos philoſophos omnino allegabitis; quòd ad hos veluti murum firmum confugere ſoleatis, ſi quis vobis Poëtarum de diis memoret opiniones. Quapropter cum à vetuſtis & primariis initium ſumere conveniat, incipiens inde opinionem cujuſque exponam, quæ multò ſit, quàm Poetarum Theologia atque de diis doctrina, ridiculoſior. *Thales* ſiquidem *Mileſius*, primus naturalis philoſophiæ auctor, rerum omnium principium aquam eſſe cenſuit. Ex aquâ namque, ait, omnia exſiſtere, & in aquam reſolvi omnia. Poſt hunc *Anaximander*, *Mileti* & ipſe ortus, infinitatem principium univerſi eſſe dixit; ex hac enim generari omnia, & in hanc

1 πολλῷ γελοιοτέραν &c.] Idem objicit *Græcis Juſtini* diſcipulus *Tatianus* in Orat. pag. 7. ed. *Oxon.* τί γὰρ σεμνὸν φιλοσοφοῦντες ἐξωμίσγητε; πῶς δὲ τὸν πάνυ ἀσεβῆ καὶ ἀλαζονείας ἔξω καθεστήκει.

2 Θαλῆς μὲν γὰρ Μιλήσιος] In his Philoſophorum dogmatibus recenſendis *Juſtinum* plura à *Plutarcho* de placitis Philoſophorum mutuatum eſſe, jam ad *Irenæum* pag. 142, num. 5. notavi; ubi etiam aliqua hiſce *Juſtini* gemina reperias. Porro de variis Philoſophorum opinionibus, vide *Kortholti* annotat. ad finem hujus libri appoſitas. GRABE.

3 πρῶτος τῆς φυσικῆς φιλοσοφίας ἀρξάμενος] Ita & *Origenes* in Philoſophumenis, nuper à Clariſſ. *Gronovio* Volum. X. Theſauri Antiquitatum *Græcarum*, è MS. Codice Medicæo editis, col. 261. λέγεται Θάλου τοῦ Μιλησίου, ἵνα τῶν ἐπτὰ σοφῶν, πρῶτον ἐπιχειρήσαντα φιλοσοφίαν φυσικήν. De hujus & ſequentium doctrina quoque conferendus modò laudatus *Origenis* Tractatus. GRABE.

4 ἀναλύεσθαι] Hæc lectio omnino retinenda, repudiatâ alterâ ἀναλύεσθαι, quam *Sylburg.* ex *Rob. Steph* annotavit. GRABE.

καὶ ὑμεῖς δὲ, ἐπειδὴ διὰ τ πατέρων ὑμῶν πλάνην, τούτοις πείθεσθαι οὐκ οἴεσθε δεῖν, τίνας διδασκάλους ὑμῶν ἀξιοπίστους τ θεοσεβείας γεγενῆσθαι φατέ; ἀδύνατον γὰρ, [2] ὥσπερ πολλάκις ἔφην, τὰ οὕτω μεγάλα καὶ θεῖα τοὺς μὴ πρότερον παρὰ τ εἰδότων μεμαθηκότας, ἢ αὐτοὺς εἰδέναι, ἢ ἑτέρους δυνασθαι διδάσκειν ὀρθῶς. ὅθεν ἐπειδὴ περ ἱκανῶς ἐκ τ προειρημένων [3] τὰ τῶν φιλοσόφων ὑμῶν ἐλεγχθῆναι πράγματα πάσης ἀγνοίας καὶ ἀπάτης φανέντα πλήρη, ἀφέμενοί πως λοιπὸν πάντως τῶν φιλοσόφων, ὥσπερ πρότερον τ ποιητῶν, ἐπὶ τὰ τῶν Χρηστηρίων ἀπάτην τραπήσεσθε· οὕτω γὰρ ἀκηκοα λεγόντων τινῶν. ὅθεν ἀνάγκην ἔσχηκα, ἃ παρ' ὑμῖν πρότερον παρ' αὐτῶν ἀκηκοα λεγόντων, ταῦτα ἐν καιρῷ νυνὶ πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν. ἐρομένου γάρ τινος, ὡς αὐτοί

1 μηδὲν ἀπὸ τ ἀνθρωπίνης] Vide ſupra p. 60. l. 14.

2 ὥσπερ πολλάκις ἔφην] Nimirum p. 48. not. 3. & pag. 60. lin. 21. ſeqq.

3 τὰ τ φιλοσόφων ὑμῶν] De ea re vide *Theophilum* lib. 3. pag. 199. ed. *Oxon.*

1 ζητήσεων]

αὐτοί φατε, τὸ παρ' ὑμῖν [1] χρηστήριον, τίνας σωφρόνη θεοσεβεῖς ἄνδρας γεγενῆσθαί ποτε; ἔτω τὸ χρηστήριον εἰρεκέναι φατέ·

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
[2] Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἀγνῶς.

ὡς οὖν ἐπειδήπερ οἴεσθε ὑμᾶς τὸ χρηστηρίων ὑμῶν δύνασθαι τἀληθῆ μανθάνειν, ἐντυχόντες τῇ ἱστορίᾳ καὶ τοῖς περὶ Μωϋσέως γραφεῖσιν ὑπὸ τῶν ἔξωθεν τῆς ἡμετέρας θρησκείας, καὶ γνόντες ὅτι ἐκ τῶν Χαλδαίων καὶ Ἑβραίων γένους ὥρμητο Μωϋσῆς, οἱ λοιποὶ προφῆται, μηδὲν ὠφελιμώτερον γεγενῆσθαι νομίζετε, εἰ ἐκ γένους ὄντα θεοσεβῶν ἄνδρα, καὶ ἀξίως τῶν προγόνων θεοσεβείας βεβιωκότα, ὁ Θεὸς τῇ μεγάλῃ ταύτῃ δωρεᾷ τιμήσαι προέθετο, καὶ πρῶτον ἁπάντων ἀποφῆναι τῶν προφητῶν.

ιϛ'. Ἀναγκαῖον δὴ οἶμαι καὶ τοὺς χρόνους σκοπεῖν, καθ' οὓς οἱ καθ' ὑμᾶς γεγόνασι φιλόσοφοι· ὅπως γνῶτε ὅτι νέος σφόδρα καὶ βραχύς ἐστιν ὁ τούτους ὑμῖν ἐνεγκὼν χρόνος· ἔτω δὲ ὑμῖν ἔσται δυνατὸν καὶ τὴν Μωϋσέως ἀρχαιότητα ῥᾳδίως

vos ipsi narratis, oraculum vestrum, quinam unquam extiterint verè pii & religiosi homines? tale responsum id edidisse dicitis:

Solus Chaldæus sapit, & Judæus Apella,
Per seipsum genitum Regemque Deumque colentes.

Quoniam igitur ab oraculis vestris verum vos cognoscere posse existimatis, historiasque de vita *Mosæ* ab hominibus à sacro cultu nostro alienis scriptas legitis, & ex *Chaldæorum* atque *Hebræorum* sive *Judæorum* genere ortum *Mosen*, & prophetas cæteros intelligitis; non incredibile esse arbitremini, virum, qui & ex religiosorum piorumque hominum gente prognatus, & majorum suorum religione, vitæ morumque pietate dignè colendâ, spectatus sit, tam ingenti isto dono à Deo honoratum, & principem prophetarum omnium designatum esse.

XII. Necessarium autem esse reor & tempora inquirere, quibus vestri vixere philosophi: ut recens admodum & breve intelligatis esse, quod illos vobis tulit, tempus: ita enim facilè quoque vobis erit *Mosæ* vetustatem

1 χρηστήριον] χρησπείσ MSS. Reg. 1. 2. Cæterum *Apollinis* hoc oracullum fuit.

2 Αὐτογένητον] *Eusebius* qui in Præpar. Evang. lib. 9. cap. 10. ex *Porphyrio* hæc carmina citavit, legit Αὐτογενέθλιον.

1 πρώτους

tuſtatem noſtè. Ne verò de temporibus verba faciens, tempus protrahere, pluribus utens probationibus, videar, ſatis eſſè duco, rem paucis oſtendere. *Socrates Platonis, Plato Ariſtotelis* fuit præceptor. Hi autem *Philippi* & *Alexandri Macedonis* floruere temporibus, quibus & *Athenienſes* oratores; ſicut clarè nobis indicant etiam *Demoſthenis* adverſus *Philippum* ſcriptæ orationes. Quod verò & *Ariſtoteles* cum *Alexandro*, regni ejus adminiſtrationis tempore fuerit, qui *Alexandri* res geſtas conſcripſerunt, hiſtorici abundè teſtantur. Undequaque ergo cognitu facile eſt, multò antiquiorem eſſe externis hiſtoriis omnibus *Moſæ* noſtri hiſtoriam. Atqui ne hoc quidem vos ignorare decet, nihil quidquam ante *Olympiades* à *Græcis* accuratè ſcriptum eſſe: neque exſtare ſcripturam ullam veterem, in quam res aliqua *Græcorum* vel *Barbarorum* ſit relata. Sola verò tùm & prima prophetæ *Moſæ* exſtitit hiſtoria, quam afflatu divino ille *Hebraicis* compoſuit literis. *Græcorum*

ως γνῶναι. ἵνα ᾖ μὴ ᾠδὲ τ̃ χρόνων διεξιὼν, παρελθεῖν δόξω, πολλοῖσιν ἀποδείξεσι χρώμενος, ἀποχρώντως οἶμαι κ̀ ἀπὸ τούτων δεικνύναι. Σωκράτης μὲν γὰρ Πλάτωνος, Πλάτων ὁ Ἀριστοτέλης διδάσκαλος γέγονεν. ἔτοι ὁ κατὰ τὰς Φιλίππου κ̀ Ἀλεξάνδρου τ̃ Μακεδόνος ἡγεμονίας χρόνους, καθ' ὃς κ̀ οἱ Ἀθηναίων ῥήτορες, ὡς δηλοῦσιν ἡμῖν σαφῶς κ̀ οἱ Δημοσθένει κατὰ Φιλίππου γραφέντες λόγοι. ὅτι ὁ κ̀ Ἀριστοτέλης Ἀλεξάνδρῳ συνὼν τ̃ βασιλείας χρόνῳ, οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου ἱστορήσαντες [1] πράξεις, ἱκανῶς δηλοῦσι. πανταχόθεν δ' ἂν γνῶναι ῥᾴδιον, ὅτι πολλῷ ἀρχαιοτάτην πάντων τ̃ ἔξωθεν ἱστοριῶν τ̃ Μωϋσέως ἱστορίαν εἶναι συμβαίνει. ἄλλως τε δὲ τοῦτο ᾠκονόμηκεν, ὅτι οὐδὲν Ἕλλησι πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων [2] ἀκριβὲς ἱστόρηται, οὐδ' ἔστι τι σύγγραμμα παλαιὸν, Ἑλλήνων ἢ Βαρβάρων σημαῖνον πρᾶξιν· μόνη δὲ ἡ [3] τοῦ προφήτου Μωϋσέως προυπῆρχεν ἱστορία, ἣν [4] ἐκ τ̃ θείας ἐπιπνοίας Μωϋσῆς γράφει τοῖς τ̃ Ἑβραίων γράμμασι. τὰ γὰρ τ̃ Ἑλλήνων

1 πράξεις ἱκανῶς δηλοῦσι] MS. Reg. 1. ἱκανῶς δηλοῦσιν οἱ τὰς πράξεις.

2 ἀκριβοῖς ἱστόρηται] *Rob. Steph.* ἀκριβῶς ἱστόρηται, adverbium pro nomine. SYLBURG.

3 τ̃ προφήτου] MS. Reg. 2. legit τ̃ ἁ. προφήτου.

4 ἐκ τ̃ θείας] Articulum τ̃ deſiderat MS. Reg. 2.

Ελλήνων ἀδέπω λεῖ, ὡς δηλοῦσι καὶ αὐτοὶ [1] οἱ τῶ γραμμάτων διδάσκαλοι, φάσκοντες Κάδμον πρῶτον [2] ἐκ Φοινίκης ἐλθόντα κομίσαντα, Ἕλλησι μεταδοῦναι. καὶ ὁ πρῶτος ἢ τῶ παρ' ὑμῖν φιλοσόφων [3] μαρτυρεῖ Πλάτων, ὕστερον [4] εὑρίσκειν αὐτά· γέγραφε γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ τὸν τῶν σοφῶν σοφώτατον Σόλωνα, ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπανελθόντα, Κριτίᾳ λέγειν παῦτα, ἀκηκοέναι Αἰγυπτίου τινὸς ἱερέως ἀ μάλα παλαιὸν, τοῦτον αὐτὸν λέγοντος, 'ὦ Σόλων Σόλων, Ελ-'ληνες [5] παῖδες ἐστὲ ἀεί· γέρων 'ἢ Ἕλλην οὐκ ἔστιν· [6] εἶτα αὖθις, 'νέοι, ἔφη, ἐστὲ τὰς ψυχὰς 'πάντες· οὐδεμίαν γὰρ [7] ἐν αὐ-'ταῖς δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν ἔχετε 'παλαιὰν δόξαν [8] οὐδὲ μάθημα

enim nondum exſtabant, pro eo atque ipſi etiam literarum magiſtri aſſerunt, *Cadmum* eas primùm è *Phœnice* allatas *Græcis* tradidiſſe docentes. Quin & *Plato* ipſe, philoſophorum princeps, poſteriùs inventas eſſe teſtatur: inducit enim in *Timæo* ſapientûm ſapientiſſimum *Solonem* ex *Ægypto* reverſum, *Critiæ* dicentem, audiſſe ſe, *Ægyptium* quendam ſacerdotem, non admodum ſenem, ita ſecum agentem: *O Solon Solon, vos Græci pueri ſemper eſtis neque quiſquam eſt Græcus ſenex.* Deinde rurſum: *Adoleſcentes*, inquit, *animo eſtis omnes: nullam enim in eo per auditionem veterem habetis ſententiam priſcam, neque aliquam*

1 οἱ τῶ γραμμάτων διδάσκαλοι, φάσκοντες Κάδμον πρῶτον] Diſtinctiùs *Irenæus* lib. I. cap. 12. pag. 74. noſtræ editionis: Ελλῆνες ὁμολογοῦσιν δὲτὸ Κάδμον πρῶτον ἐξ ἧς δέλτα (γράμματα) παρειληφέναι. εἶτα μετέπεσεν πρὸς ταὐτὸν τῶ χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι, ποτὲ μὲν τὰ δεξιὰ, ποτὲ δὲ τὰ ἀριστερὰ· ἔχαιρον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μακρὰ τούτοις πρεστεθηκέναι. Confer iſthic not. 14. ac Auctores ibidem allegatos. GRABE.

2 ἐκ Φοινίκης] *Herodotus* in *Terpſichore*: Ιωνες παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταμῠθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο, χρόνῳ δὲ ἐφοίτων, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον φέρει, εἰσαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ελλάδα Φοινικήια καλέομενα. Porro ut à *Phœnicibus* ad *Græcos*, ita à *Judæis* ad *Phœnices* literas perveniſſe monet *Eupolemus*. Dicit enim in libro de *Judææ* Regibus, Τὸν Μωσῆν πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὸν πρῶτον τοῖς Ιουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρ' Ιουδαίων, Φοίνικας παραλαβεῖν.

3 μαρτυρεῖ] *Rob. Steph.* ἱστορεῖ, καὶ μαρτυρεῖ.

4 εὑρίσκειν] MS. Reg. 2. εὑρῆσθαι.

5 παῖδες ἐστὲ ἀεὶ] *Platonis* ed. vulg. alio verborum poſitu, ἀεὶ παῖδες ἐστὲ SYLBURG.

6 εἶτα αὖθις] MSS. Reg. 1. 2. εἶτ' αὖθι.

7 ἐν αὐταῖς δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν ἔχετε] Ed. vulg. *Platonis* ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοήν. SYLBURG.

8 οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν.] MS. Reg. 2. οὐδὲ μακρῷ χρόνῳ παλαιὸν οὐδέν.

quam, propter temporis diuturnitatem, cauis obſitam doctrinam: nec animadvertitis, eos, qui ſubinde à caſibus fatalibus ſunt ſuperſtites, ætatibus multis ſine literis mutos diem ſuum obire. Proinde ſcire convenit, omnem hiſtoriam & doctrinam *Græcorum*, poſteriùs inventis eorum literis, eſſe conſcriptam: Ac ſiquis vel Poetarum veterum, vel Legiſlatorum, vel Hiſtoriographorum, vel Philoſophorum, vel Oratorum meminiſſe velit: comperiet tamen, illos *Græcorum* literis libros ſuos compoſuiſſe.

'χρόνῳ πολὺν [1] ἀδέν. ἀλλ' ὑ-
'μᾶς λέληθε, διὰ τὸ τὰς πει-
'ρωμένους ὅτι πολλὰς ψυχὰς
'γράμμασι πλουτᾶν ἀφώνους.
Εἰδέναι τοίνυν χρὴ σε, ὅτι πᾶσαν ἱστορίαν τοῖς τ' Ελλήνων ὕστερον εὑρεθεῖσι γράμμασι γεγράφθαι συμβαίνει καὶ εἴτε ποιητῶν τις ἀρχαίων, εἴτε νομοθετῶν, εἴτε ἱστορικογράφων, εἴτε φιλοσόφων, ἢ ῥητόρων μνημονεῦσαι βούλοιτο, εὑρήσει τούτους τὰ ἑαυτῶν συγγράμματα τοῖς τ' Ελλήνων γεγραφόσι γράμμασιν.

XIII. Quod ſi quis contendat, *Moſæ* quoque & aliorum prophetarum ſcripta *Græcis* edita eſſe literis, ex hiſtoriarum externarum lectione is diſcet, *Ægypti* regem *Ptolemæum* bibliothecam *Alexandriæ* inſtituiſſe, & undecunque libris comportatis compleviſſe: eundemque, ubi cognoviſſet antiquos libros, *Hebræorum* conſcriptos literis, diligenter aſſervari, cognoſcere ea ſcripta volentem, Septuaginta

ιγ'. Εἰ δέ τις φάσκοι καὶ τῶν Μωϋσέως καὶ τ' ἄλλων προφητῶν τοῖς τῶν Ελλήνων γεγράφθαι γράμμασι, γνώτω ταῖς ἔξωθεν ἐντυχὼν ἱστορίαις, ὅτι [2] Πτολεμαῖος ὁ τ' Αἰγύπτου βασιλεὺς, βιβλιοθήκην ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, καὶ πανταχόθεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ τοὺς αὐτῶν, ἔπειτα μαθὼν ὅτι [3] ἀρχαίας ἱστορίας τοῖς τ' Εβραίων γράμμασι γεγραμμένας σώζεσθαι ἀκριβῶς συμβαίνει, γνῶναι τὰ γεγραμμένα βούλομενος, σα-

φῶς

1 ἀδέν. ἀλλ' ὑμᾶς] Inter ἀδὲν & ἀλλ' ὑμᾶς aliquot periodos apud *Platonem* interjectas eſſe notat *Perionius*, quod ſiquis deſideret in *Timæo* inveniet. Solet enim *Juſtinus* in ejuſmodi citationibus, ea potiſſimum afferre, quæ potiſſimum ad rem ſunt. SYLBURG.

2 Πτολεμαῖος] Vide iterum *Irenæum* lib. III. cap. 25. ac prolixè ibidem annotata. GRABE.

3 ἀρχαίας] *Rob. Steph.* ἀρχαίους ἱερεῖς ἱχνεσι βιβλους.

φὰς ἄνδρας ἑβδομήκοντα τὰς
ϗ τὴν Ἑλλήνων ϗ Ἑβραίων διά-
λεκτον εἰδότας, ἑρμηνεῦσαι αὐ-
τοῖς τὰς βίβλας προσέταξεν,
ἀπὸ τ Ἱεροσολύμ μεταπεμψάμε-
νος. ϗ ἵνα πάσης ὀχλήσεως ἐκτὸς
ὄντες θᾶττον ἑρμηνεύσωσι,
προσέταξεν αὐτοῖς μὴ ἐν αὐτῇ τῇ
πόλει, ἀλλὰ ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων, ἔν-
θα τὴν φάρον ὠκοδομῆσθαι συμ-
βαίνει, ἰσαρίθμους τ ἑρμηνευόν-
των οἰκίσκους ᾠήσας μικρὰς, ὅπῃ
τῷ ἕκαστον ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν τὴν
ἑρμηνείαν πληρῶσαι· προστά-
ξας τοῖς ἐφεστῶσιν ὑπηρέταις, πά-
σης μὲν αὐτοὺς θεραπείας τυγχά-
νειν, εἴργεσθαι δὲ τ πρὸς ἀλλήλους
ὁμιλίας, ἵνα τὸ τ ἑρμηνείας ἀκρι-
βὲς ϗ διὰ τ τούτων συμφωνίας
γνωσθῆναι δυνηθῇ. ἐπεὶ δὲ ἔγνω,
τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μὴ μό-
νον τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ ϗ τ
αὐταῖς λέξεσι χρησαμένους, ϗ μη-
δὲ ἄχρι μιᾶς λέξεως τῆς πρὸς
ἀλλήλους συμφωνίας διημαρτη-
κότας, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ ϗ ὡσεὶ τῶν
αὐτῶν γεγραφότας, ἐκπλαγεὶς,
ϗ θείᾳ δυνάμει τὴν ἑρμηνείαν
γεγράφθαι πιστεύσας, πάσης μὲν
τιμῆς ἀξίους αὐτοὺς, ὡς θεοφιλεῖς
ἄνδρας διέγνω, μετὰ πολλῶν δὲ δώ-
ρων αὐτοὺς εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρί-
δα ἐπανελθεῖν προσέταξε· τὰς
δὲ βίβλους θαυμάσας, ὡς εἰκὸς,

ginta ſapientibus viris *Græcæ* ſimul & *Hebraicæ* linguæ peritis, vertendorum interpretatione eorum librorum laborem demandaſſe, ab ipſis uſque *Hieroſolymis* accitis. Atque ut illi extra omnem turbam conſtituti, primò quoque tempore interpretationem abſolverent, non in urbe ipſa, ſed ſeptem ab ea ſtadiis, ubi *Pharos* exſtructa eſt, pari cum interpretibus numero domunculas exſtrui præcepiſſe, ut ſigillatim pro ſe quiſque interpretationem perficeret: illa quoque cura, qui operam eis dare juſſi fuerant, mandata, ut omnibus quidem modis ipſis inſervirent, à congreſſu autem mutuo illos prohiberent, quò exquiſita interpretationis veritas ex ipſorum etiam conſenſu cognoſci poſſet. Et cognito, Septuaginta iſtos viros non ſolùm eâdem ſententiâ, verùm etiam eiſdem eſſe verbis in tranſlatione uſos, ac ne unâ quidem dictione alium ab alio diſſenſiſſe, (uſqueadeo eadem de eiſdem omnia conſcripſerant) admiratione attonitum, cùm divinâ virtute interpretationem abſolutam eſſe credentem; tum quovis honore dignos illos, ut Dei amantes, & viciſſim Deo caros viros judicantem, cum muneribus multis in patriam ſuam redire juſſiſſe: ac libros, ita ut par erat, ex-

oſculatum eſſe, & Deo conſecratos in bibliotheca ibi repoſuiſſe. Hæc vobis, viri *Græci*, non ut fabulam, neque ut confictam hiſtoriam renunciamus: ſed qui ipſi *Alexandriæ* fuerimus, & *veſtigia domunculorum apud* Pharum *adhuc* reliqua viderimus, & ab incolis, qui res patrias à majoribus per manus ſibi traditas acceperunt, audierimus, ea commemoramus: quæ ex aliis quoque (aliqua ex parte) intelligere poteſtis, & potiſſimùm ex iis, qui iſta ſcriptis ſuis inſeruerunt, ſapientibus & ſpectatis viris, *Philone* & *Joſepho*, & pluribus aliis.

XIV. At ſiquis eorum, qui temerè contradicere conſueverunt, nobis objiciat, non noſtros hos eſſe, ſed *Judæorum* libros, eo quòd ad hoc uſque tempus in Synagogis eorum aſſerventur, & per vanitatem nos jactare religionem ex eis hauſiſſe, dicat; is ex rebus ipſis, quæ iiſdem in libris ſunt relatæ, diſcat, non ad *Judæos*, verùm ad nos Chriſtianos doctrinam eorum pertinere. Nam quod etiam nunc apud *Judæos* Religionis noſtræ libri aſſerventur, divinæ id

1 καὶ ἐκθειάσαις, ἐκεῖσε ἀνέθηκε. ταῦτα δὲ 2 μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ελλῆνες, ἀδεῶς παρασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ' αὐτοὶ ἐν τῇ Αλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκείων ἐν τῇ Φάρῳ ἐωρακότες ἔτι 3 σωζόμενα, καὶ ὡσαύτως τῶν ὀκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων ἀκηκόοτες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν, ἃ καὶ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, καὶ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν ταῦτα ἱστορησάντων σοφῶν καὶ δοκίμων ἀνδρῶν, 4 Φίλωνός τε καὶ Ιωσήπου, καὶ ἑτέρων πλείονων.

ιδ'. Εἰ δέ τις φάσκοι τῶν ταχέως ἀντιλέγειν εἰθισμένων, μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας, ἀλλὰ Ιουδαίοις προσήκειν, ἀφ' ὧν ἔτι καὶ νῦν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν σώζεσθαι, καὶ μάτην ἡμᾶς ἐκ τούτων φάσκειν τὴν θεοσέβειαν μεμαθηκέναι λέγοι, γνώτω ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς βίβλοις γεγραμμένων, ὅτι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλὰ ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία. τὸ γὰρ παρ' Ιουδαίοις ἔτι καὶ νῦν τὰς τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας ἀφιερώσεις σώζεσθαι βίβλους,

θείας

1 καὶ ἐκθειάσαις] Has voces omittunt MSS. Reg. 1. 2.

2 μῦθος] Lege μύθους ut eſt in MS. Reg. 1.

3 σωζόμενα] MS. Reg. 1. σωιζόμενα &c.

ſic deinceps ut ſupra notavi p. 51. not. 3.

4 Φιλωνός τε &c.] *Philonis* locus extat lib. 2. de vita *Moſis*, pag. 448. *Joſephi* lib. 12. Archæolog. cap. 2. pag. 347. HOESCHELIUS.

1 προσήκειν]

θείας προνοίας ἔργον ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν. ἵνα γὰρ μὴ ἐκ τῆς ἐκκλησίας προκομίζοντες, προφάσιν ῥαδιουργίας τοῖς βουλομένοις βλασφημεῖν ἡμᾶς παράσχωμεν, ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς ταύτας ἀξιοῦμεν προκομίζεσθαι, ἵνα ἀπ' αὐτῶν τὰ ἔτι παρ' αὐτοῖς σωζομένων βιβλίων, ὡς ἡμῖν τὰ πρὸς διδασκαλίαν ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν γεγραμμένα δίκαια σαφῶς καὶ φανερῶς [1] προσήκει, φανῇ. δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τὰ μέλλοντα προορωμένους, καὶ εἰς τὸν ὑπὸ πάντων, οὐ μόνον θεοσεβῶν, ἀλλὰ [2] καὶ τὸν ἔξωθεν κηρυττομένων ἀφορῶντες κρίσιν, μὴ τῇ τῶν προγόνων ὑμῶν ἀβασανίστῳ προσέχειν πλάνῃ, μηδ' ἔτι σφαλέντες αὐτοῖς παρέδοσαν ὑμῖν, τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι νομίζειν· ἀλλ' εἰς τὸν ὅτῳ [3] δεινῆς ἀποτυχίας ἀφορῶντας κίνδυνον, ζητεῖν καὶ ἐρευνᾶν ἀκριβῶς καὶ τὰ ὑπ' αὐτῶν τῶν ὑμετέρων, ὡς αὐτοί φατε, διδασκάλων εἰρημένα. πολλὰ γὰρ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς θείας τῶν ἀνθρώπων προνοίας καὶ ἄκοντες ὑπὲρ ἡμῶν εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Αἰγύπτῳ γνώμενοι, καὶ ἀπὸ τῆς

erga nos opus est providentiæ. Ne enim ex Ecclesia eos proferentes, occasionem, quasi suppositi à nobis aut corrupti sint, maledictis nos incessere volentibus præbeamus, ex illorum Synagogâ producimus, ut ex ipsis hucusque apud eos conservatis libris ad nos nostramque doctrinam à sanctis viris edita jura liquidò & manifestò pertinere appareat. Per opus igitur est, vos, viri *Græci*, futura prospicientes, & ab omnibus, non modò religiosis, sed profanis quoque deprædicatum judicium intuentes, haudquaquam majorum vestrorum necdum satis disquisito errori inhærere, neque si quid illi hallucinantes, vobis per manus tradiderunt, id pro vero habere; verùm ob oculos vobis ipsos tam grave spe atque exspectatione excidendi periculum ponentes, etiam atque etiam in ea quoque, quæ ab ipsis vestris, quemadmodum vos dicitis, magistris sunt dicta, diligenter & accuratè inquirere. Multa namque & illi per divinam de hominibus susceptam providentiam vel ingratiis coacti sunt, de & pro nobis dicere: atque illi maximè, qui in *Ægypto* fuere, ac

1 προσήκει] *Rob. Steph.* προσήκειν infinitivo verbi modo. SYLBURG.

2 καὶ τὸν ἔξωθεν κηρυττομένων &c.] Vide supra p. 42. & quæ ibi dicta sunt not. 6

3 δεινῆς ἀποτυχίας] Inverso ordine MS. Reg. 2. legit ἀποτυχίας δεινῆς.

ac è *Moſæ*, majorumque ejus pietate & religione aliquam perceperunt utilitatem.

XV. Non etenim veſtrûm aliquos latere puto, utpote *Diodori* & cæterorum, qui hæc literarum monumentis mandarunt, ſtudiosè hiſtorias legentes, *Orpheum*, & *Homerum*, & *Solonem* qui *Athenienſibus* leges ſcripſit, & *Pythagoram*, & *Platonem*, & nonnullos alios, qui *Ægyptum* adierunt, & *Moſæ* libris adjuti ſunt, poſtea eis, quæ antehac falsò de Diis cenſuerant, contraria docuiſſe. *Orpheus* ſanè quidem multitudinis deorum, ut ſic aliquis dicat, primus auctor, qualia poſteriùs ad filium ſuum *Muſæum*, ac reliquos germanos veroſque

Μωϋσέως καὶ τῶ προγόνων αὐτῶ θεοσεβείας ὠφεληθέντες.

ιε'. Οὐ γὰρ λανθάνειν ἐνίας ὑμῶν οἶμαι, ἐντυχόντας πάντως τῆ τε [a] Διοδώρᾳ ἱστορίᾳ, καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων, ὅτι καὶ [1] Ορφεὺς, καὶ Ομηρος, καὶ Σόλων ὁ τοὺς νόμους Αθηναίοις γεγραφὼς, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Πλάτων, καὶ ἄλλοι τινες, ἐν τῆ Αἰγύπτῳ γενόμενοι, καὶ ἐκ τῆ Μωϋσέως ἱστορίας ὠφεληθέντες, ὕστερον ἐναντία τοῖς πρότερον μὴ καλῶς περὶ Θεῶν δοξάντων αὐτοῖς ἀπεφήναντο. [2] Ορφεὺς γ' ἦν, ὁ τῆ πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, [3] οἷα περὶς τὸν υἱὸν αὐτῆ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους

a Lib 6

1 Ορφεὺς καὶ Ομηρος — ἐκ τῆ Μωϋσέως ἱστορίας ὠφεληθέντες] Huc ſpectant & iſta *Theophili Antiocheni* lib. 3. ad *Autolycum* pag. 239. Τί δ' ἐχὶ καὶ οἱ ποιηταὶ, Ομηρος, καὶ Ησίοδος, καὶ Ορφεὺς ἔφασαν ἑαυτοὺς ἀπὸ θείας προνοίας μεμαθηκέναι, εἴπερ μὴ μάντεις ἢ προγνώστας γεγενῆσθαι, κατὰ τὰς συγγραφεῖς, καὶ τὰς παρ' αὐτῶν μαθόντας ἀκριβῶς συγγεγραφέναι φασίν. De *Orpheo* autem ſpeciatim *Suidas*: ἐπὶ τῶν παρὰ Ιουδαίοις κριτῶν, Ορφεὺς ἐγένετο, σοφὸς ἄριστος γενόμενος, καὶ πολλὰ μυστήρια διδαχθείς. GRABE.

2 Ορφεὺς γ' ἦν ὁ τῆ πολυθεότητος ὑμῶν πρῶτος διδάσκαλος] Ita & *Juſtini* diſcipulus *Tatianus* initio orationis ad *Græcos*, recenſens rerum inventores, de *Orpheo* ait: ποίησιν μὲν γὰρ ἀσκεῖν καὶ ᾄδειν Ορφέως ὑμᾶς ἐδίδαξεν· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ μυστη-

Poëticum enim ſtudium & canendi artem Orpheus *vos docuit, nec non initiatorios ritus*, quibus dii colebantur. Vide ibi eruditam amiciſſimi Editoris annotationem. GRABE.

3 οἷα περὶς τὸν υἱὸν αὐτῆ Μουσαῖον.] Muſæum *Orphei* diſcipulum quidem fuiſſe plures teſtantur; filium autem, nemo antiquorum, quod ſciam, præter *Juſtinum*. Imo alium ejus parentem nominat *Euſebius* in Chronico ad annum mundi 3930. his verbis: Orpheus Thrax *clarus habetur, cujus diſcipulus fuit* Muſæus, Eumolpi *filius*. Sed forſan *Juſtinus* iſto ſenſu filium dixit, de quo *Irenæus* ſcribit lib. IV. c. 79. *Qui ab aliquo edoctus eſt verbô, filius docentis dicitur, & ille ejus pater.* Vide ibi annotata GRABE.

1 ἔφη

σιν ἀκροατὰς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ κηρύττειν λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. [1]ἔφη γάρ τως,

auditores de uno eodemque ſolo Deo prædicaverit, neceſſarium viſum eſt vobis exponere;

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύραζε δ' ἀπίτω βέβηλοι
Πάντες ὁμῶς· σὺ δ' ἄκουε Φαεσφόρου ἔκγονε μήνης,
Μουσαῖ', ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν σήμασι φανέντα φίλης ἀϊδῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας τάτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖτ' ἀπίδαινε
Ἀτρεμιτῇ, μάνον δ' ἐσόρα κόσμοιο ἄνακτα.
Εἷς ἐς, αὐτογενὴς, ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται,
Καὶ αὐτοῖς αὐτὸς προϊλίγνεται· οὐδέ τις αὐτὸν
Εἰσορόα θνητῶν. αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται.
Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.
Οὐδέ τις ἔσθ' ἕτερος [3]χωρὶς μεγάλα βασιλῆος.

Solis canto piis: omnes procul eſte profani.
Tu, Muſæe, audi Lunâ prognate ſilenti:
Pernicioſa prius vitæque infeſta futuræ
Ex me cognoſti: ſed nunc te vera docebo:
Reſpectans Verbum divinum, huic totus inhære.
Pectoris hoc mentem ſacri greſſuſque guberna,
Incedens recta, regemque hunc orbis adora.
Unicus eſt, per ſe exſiſtens, qui cuncta creavit,
Inque his ipſe exſtat: nulli è mortalibus unquam
Lumine conſpectus, mortales conſpicit omnes.
Hic bonus, exundanſque bonis, generi mala noſtro,
Et bellum horrendum luctumq; immittit acerbum.
Non alius conſtat regnator magnus ab illo.

Hunc

1 ἔφη γάρ τως] *Orphei* verſus citantur etiam à *Clemente* pag. 21. lin. 5. & 259. 3. ac rurſum à noſtro *Juſtino* infrà in libello de Monarchia Dei, verbis aliquando variatis. SYLBURG.

2 βέβηλοι] Meliùs placet lectio βέβηλος, de qua vide *Frontonis Ducæi* annotationem ad *Tatianum* pag. 34. nuperæ editionis num. 1. GRABE.

3 χωρὶς μεγάλα βασιλῆος] *Rob. Steph.* χωρὶς μεγάλοιο ἄνακτος, ut infra p. 105. lin. 9. SYLBURG.

1 γενὴς]

Hunc ego non video, nubes quia denſa reſiſtit:

Namque homini cuivis acies obtuſa videndi,

Atque Deum mundi rectorem cernere non eſt.

Ærati ſedes cœli tenet ille beatas.

Aureo ſuffultus ſolio, veſtigia terrâ

Ponit, & Oceanum dextra complectitur omnem.

Excelſi hunc montes, & flumina magna tremiſcunt,

Canaque cæruleis veneratur Tethys in undis.

Αὐτὸν δ' ἐχ ὁρόω· νεὲι γὰρ νέφος ἐςήεικται.

Πᾶσιν γὰρ θνητοῖς θνητῇ κόραι εἰσὶν ἐν ὄασοις,

Ἀθενέες δ' ἰδέειν Δία τ' πάντων μεδέοντα.

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς ἠέρα νὸν ἐςήεικε).

Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ, [1] γαίης δ' ὑπὶ ποσὶ βέβηκε,

Χεῖρά τε δεξιτερὴν ὑπὶ πέρματος ὠκεανοῖο

Πάντοθεν ἐκτέτακεν· [2] νεὲι γὰρ τρέμει ἤρεα μακρὰ,

Καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης.

Atque iterum alibi dicit,

Jupiter *eſt unus*, Pluto *unus*: Bacchus *& unus*,

Unus Sol: Deus in omnibus, iſta ſeorſim

Quid tibi commemorem?

καὶ ἐν ἄλλοις πάλιν οὕτως λέγει,

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,

Εἷς Θεὸς ἐν πάντεσσι, τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω;

In *juramentis* autem ita loquitur:

καὶ ἐν τοῖς ὅρκοις δὲ οὕτως,

Cœlum juro, Deo à magno & ſapiente creatum,

Vocem juro Patris, primùm quam prodidit ore,

Οὐρανὸν ὁρκίζω σε Θεοῦ μεγάλου [3] σοφοῦ ἔργον,

Αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν [4] φθέγξατο πρῶτον,

Ηνίκα

1 γαίης ὑπὶ &c.] Aptiùs *Clemens* pag. 259. l. 11. γαίῃ δ' ὑπὸ ποσὶ βέβηκε. Ut Deus ipſe apud *Eſaiam* cap. 66. ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. SYLBURG.

2 νεὲι γὰρ τρέμει ἤρεα μακρὰ] *Hemiſtichium* hoc de tremore montium, alludit ad iſtud *Eſaiæ* c. 64. *à Facie tua defluent montes*, ut notat *Langus*. SYLB.

3 σοφοῦ ἔργον] Non minùs aptè legeris, σοφὸν ἔργον, ſic pag. 15. lin. 32, 33. conſonant cum iſto *Pſalmi* 118. *Lucernam pedibus meis verbum tuum.* SYLBURG.

4 φθέγξατο] MSS. Reg. 1. 2. ἐφθέγξατο & ſic infra duobus aliis in locis, in quibus verbum illud repetitur.

1 ἄπαντα]

Ηνίκα κόσμον [1] ἅπαντα ἑαῖς
σηρίξατο βουλαῖς.

τί βέλεσαι τὸ λέγειν αὐτὸν,

Αὐδλὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, [2] τὴν
φθέγξατο πρῶτον;

αὐδλὴν ἐνταῦθα τὸν Θεὸν ὀνομάζει λόγον, δι' ὃν ὁ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις, ὡς διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ θεῖαι τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προφητεῖαι, αἷς ἐν μέρει καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πρασχών, ἔγνω, ὅτι τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ πᾶσα ἐγένετο ἡ κτίσις. διὸ καὶ μετὰ τὸ φῆσαι,

Αὐδλὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν
φθέγξατο πρῶτον,

παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων,

Ηνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς
σηρίξατο βουλαῖς.

ἐνταῦθα τὸν λόγον αὐδλὴν λέγει τὸ ποιητικὸν ὀνομάζειν μέτρον. ὅτι δὲ τοῦθ' ἕτως ἔχει, δῆλον ἀπὸ τοῦ μικρῷ πρόσθεν, τοῦ μέτρου συγχωρήσαντος αὐτῷ, λόγον αὐτὸν ὀνομάζειν. ἔφη γάρ,

Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας,
τούτῳ προσέδρευε.

τίνα οὖν καὶ τὴν ἀρχαίαν καὶ σφόδρα παλαιὰν [3] Σίβυλλαν, ἧς καὶ Πλάτων καὶ [4] Ἀριστοφάνης καὶ ἕτε-

Consilio ipse suo mundum cum conderet omnem.

Quid sibi vult cum dicit:

Vocem juro Patris, primùm quam prodidit ore?

αὐδλὴν, hoc loco, *Dei Verbum* nominat, per quod cœlum & terra, & universa condita est creatura, prout nos divinæ sanctorum virorum prophetiæ docent: quibus & ipse aliquâ ex parte in *Ægypto* operam navans intellexit, Verbo Dei omnem factam esse creaturam. Quapropter ubi dicit:

Vocem juro Patris, primùm quam prodidit ore.

verbis hisce ille adjungit:

Consilio ipse suo mundum cum conderet omnem.

Ubi *Verbum* αὐδλὴν dicit, propter poeticam carminis mensuram. Quod verò hoc sic habeat, ex eo, quod paulò antè dixit, satis constat. Nam carminis mensurâ permittente, *Verbum* nominavit. Dicit enim:

Respectans Verbum divinum, huic totus inhæret.

Quæ porro prisca valdeque antiqua *Sibylla*, cujus *Plato* & *Aristophanes*, & alii complures

1 ἅπαντα] MS. Reg. 2. πάντα male.

2 τὴν] *Rob. Steph.* ἣν, quam lectionem per cæsuram excusari posse notat *Sylburgius*.

3 Σίβυλλαν, ἧς καὶ Πλάτων] De hac iterum inferiùs prope finem hujus Paræneseos, ubi aliqua dicam. GRABE.

4 Ἀριστοφάνης] *Langus* annotat, pro *Aristophane* rectiùs fortasse lectum iri *Aristotelem*. Mihi vulgata lectio retineri posse videtur, si *Aristophanes* intelligatur qui *Ptolemæi* Bibliothecarius

complures, ut fatidicæ meminerunt, reſponſis ſuis de uno, atque eo ipſo ſolo Deo nos doceat, referre neceſſe eſt. Sic autem dicit:

Eſt Deus ingenitus, ter magnus, ſolus, & unus,
Omnipotens, nunquam ſpectabilis, omnia cernens
Scilicet: ipſe homini verò non cernitur ulli.

Deinde alio loco ait:

Numinis excidimus palantes tramite recto,
Signaque facta manu cultu veneramur inani,
Fluxorum ſtatuas hominum,
& ſimulacra deorum.

Et alibi rurſum ad hunc modum:

ροι πολέιϐς ὡς χρησμῳδὲ μέμνηται, διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδάσκειν ϖερὶ ἑνὸς καὶ μόνϐ Θεῦ συμϐάινει, ὑϖομνήσαι. λέγει ϑ' ὕτως,

1 Εἷς ϑ' Θεὸς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέθης, ἀγέννητος,

2 Παντεπόπτωρ, ἀόρατος, ὁρώμενος αὐτὸς ἅπαντα·

3 Αὐτὸς δ' ὁ βλέπει θνητῆς ὑϖὸ σαρκὸς ἀπάτης.

εἶπα ἀλλαχῦ πϐ ὕτως,

Ημεῖς δ' ἀθανάτοιο 4 τρίϐϐς πεπλανημένοι ἦμεν,
Εργα 5 δὲ χειροπίηϛα 6 μεραίρομεν 6 ἄφρονι μύθῳ,
Εἴδωλα ξοάνων τε καταφθιμένων τ' ἀνθρώπων.

καὶ πάλιν ἀλλαχῦ πϐ ὕτως,

Ολϐιοι

rius fuit *Alexandriæ*, de quo *Vitruvius*. SYLBURG.

1 Εἷς δὲ Θεὸς μόνος ἐστὶν &c.] In editione *Sibyllarum* Oraculorum legitur, Εἷς Θεὸς μόνος ὃς ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγέννητος.

δὲ interjici debet, ut & eſt apud *Juſtinum*, & leges verſûs declarant. Eſt etiam ſcribendum ὃς ἄρχει, per ει diphthongum. ἄρχειν enim idem quod *imperare* & *præeſſe* declarat, & ἄρχεσθ idem quod parere, & in alterius eſſe imperio. Quanquam illud totum, δὲ ἄρχει, ex *Juſtino* demendum eſt, & pro eo ἐστὶν reſtituendum, quemadmodum etiam leges verſuum indicant: δὲ enim breve eſt. PERIONIUS.

2 Παντοπόπτωρ ἀόρατος &c.] Verſus præcedens ex primo oraculorum libro ſumitur; verſus autem ſecundus, quem hic *Juſtinus* protulit, ei non reſpondet, ſed quærendus eſt ex tertio libro, in quo primum verbum mutatum eſt hoc modo,

Αὐτοφυὴς, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,

ad quem verſus qui eſt ſecundus apud *Juſtinum* corrigendus eſt. Scribendum eſt enim pro ὁρώμενος ὁρῶν μόνος. PERION.

3 Αὐτὸς δ' ὁ βλέπεται &c.] Hunc verſum in *Sibyllinis* oraculis non extare notat *Perionius*. Citatur autem à *Theophilo* aliiſque ex quo intelligi poteſt, multos etiam alios deſiderari.

4 τρίϐϐς] Hæc vox deeſt in iis oraculis quæ *Oporinus* edidit. Neque enim conſtat verſus, & *Juſtinus* illud verbum addit. PERIONIUS.

5 δὲ] In *Sibyllinis* Orac. τε quod aptiùs cohæret. PERIONIUS.

6 ἄφρονι μύθῳ] Fortaſſe ἄφρονι θύμῳ. SYLBURG.

1 ἀνθρώποι]

Ολβιοι [1] ἄνθρωποι κεῖνοι κατὰ γαῖαν ἔσον),
Οσσοι δὴ τάρξουσι [2] μέγαν Θεὸν εὐλογέοντες,
Πρὶν φαγέειν πίεσντε, πεποιθότες εὐσεβίηϕιν·
Οἱ νηὸς μὲν ἅπαντας [3] ἀπαρνήσον) ἰδόντες,
Καὶ βωμὸς, [4] εἰκαῖα λίθων [5] ἀφιδρύματα χωφῶν,
Αἵμασιν ἐμψύχων [6] μεμιασμένα καὶ θυσίαισι
Τετραπόδων, βλέψασι δ' ἑνὸς Θεοῦ ἐς μέγα κῦδος.
Ταῦτα μὲν ἂν ἡ Σίβυλλα.

ις'. Ο ὁ ποιητὴς Ομηρος τῇ τ ποιήσεως ἀποχρώμενος ἐξουσίᾳ, καὶ τ ἐν ἀρχῇ τῆς [7] πολυθεότητος Ορφέως ζηλώσας δόξαν, μυθωδῶς μὲν πλειόνων θεῶν μέμνη), ἵνα μὴ δόξῃ τ Ορφέως ἀποδῦναι ποιήσεως, ἣν ὅτως ζηλῶσαι πρᾶξαι το, ὡς καὶ ἀρχὴ τ πρώτη τ ποιήσεως ἔπος τιὰ ποιεῖσθαι αὐτὸν σημῆναι σπουδήν. τ γὰρ Ορφέως,

Felices oras animæ telluris habebunt,
Laude Deum prius ingentem, quàm corpora curent,
Insigni quæ confisæ pietate beabunt:
Cunctaque despicient templorum tecta, negantes
Aras, surdorum nihili monimenta deorum,
Cædibus & spurco pecudum polluta cruore:
Uniusque Dei spectabunt laudis honorem.

Atque hæc quidem *Sibylla.*

XVI. *Homerus* autem poeta, poeticâ abusus licentiâ, & priorem *Orphei* de pluribus diis æmulatus opinionem, fabulosè quidem multorum meminit deorum, ne ab *Orphei* videretur disserepare poesi, quam tanto sibi imitandam studio proposuerat, ut primo operis sui versu animi erga illum sui prodiderit propensionem. Cùm enim *Orpheus*,

Iram

1 ἄνθρωποι] In *Sibyllinis* oraculis ἀνθρώπων in patrio casu, qui mihi aptior videtur: dant enim patrium casum *Græci* iis nominibus & pronominibus quæ ad partem pertinent. PERIONIUS.

2 μέγαν Θεὸν] In oraculis Θεὸν μέγαν, & in tertio versu πίεσντε φαγέεντε. PERIONIUS.

3 ἀπαρνήσοντας] In oraculis legitur ἀποστρίψασιν, id est *vertent*. PERIONIUS.

4 εἰκαῖα] Orac. οἰκεῖα, quorum οἰκεῖα, *domestica*, vel *familiaria*, mihi meliùs approbatur. PERIONIUS.

5 ἀφιδρύματα] *Sibyl.* orac. ed. vulg. ἱδρύμασι absque præpositione, ut & *Clement.* 18. 38. SYLBURG.

6 μεμιασμένα & θυσίαισι] Vitiosè scriptum est in Oraculis μεμιαμμένα & θυσίασι. PERIONIUS.

7 πολυθεότητος Ορφέως] Vide supra pag. 76. not. 2.

Iram frugiferæ Cereris *cane Diva nocentem,*

in principio poematis ſui dixiſſet; ipſe,

Iram Pelidæ *magni cane Diva nocentem,*

ſcripſit: excidendum ſibi potiùs eſſe ab initio, ſicuti mihi videtur, carminis numeris ratus, quàm ut ipſe primus deorum nominis inducere mentionem videretur. Paulò verò pòſt ſuam quoque de uno, atque eo ſolo Deo, verbis diſertis profert ſententiam; nunc quidem per *Phœnicem* cum *Achille* agentem dicens:

——*nec mihi ſi Deus ipſe*
Deleto ſenio juvenis promiſerit annos;

ubi per pronomen *ipſe* ſignificat eum qui verè eſt Deus; nunc autem ſub perſona *Ulyſſis*, *Græcorum* exercitum alloquens:

Non bene regnabunt multi:
Rex unicus eſto.

Atque equidem ille non bonum eſſe regimen multorum, ſed è diverſo malum reipsâ oſtendere conſtitutum habens, eam ob cauſam bella illorum

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Δημήτερ᾽ ἀγλαοκάρπε,

ἐν ἀρχῇ τ᾽ ποιήσεως εἰρηκότος, αὐτὸς,

Μῆνιν ἄειδε Θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆ᾽,

γέγραφεν· ἑλόμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐν ἀρχῇ κ᾽ ξ᾽ [1] κατὰ τὴν ποίησιν ἐκπεσεῖν μέτρου, ἵνα μὴ δόξῃ ξ᾽ τ᾽ θεῶν ὀνόματος μεμνῆσθαι πρῶτος. μικρὸν ὕστερον κ᾽ τὴν ἑαυτ᾽ πρὸς ἕνος ⸌ μόνου Θεοῦ σαφῶς κ᾽ φανερῶς ἐκτίθε⸍ται δόξαν, πῃ μὲν διὰ τοῦ Φοίνικος πρὸς Ἀχιλλέα [a] λέγων,

——εἰ δ᾽ εἴ κέν μοι ὑποσταίη Θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποξύσας, θῆσειν νέον ἡβώοντα·

[2] διὰ τ᾽ ἀντωνυμίας τ᾽ ὄντως ὄντα σημαίνων Θεόν· πῃ δὲ διὰ ξ᾽ Ὀδυσσέως πρὸς τὸ τῶν Ἑλλήνων πλῆθος ὧδε [b] λέγων·

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω.

Ὅτι δὲ οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, ἀλλὰ τἐναντίον κακὸν, ἔργῳ δηλοῦσθαι πρόθετο, πόλεμός τε αὖ-

a Il. ι'. v. 445. b Il. β'. v. 204.

1 κατὰ τὴν ποίησιν ἐκπεσεῖν μέτρου] Vult nimirum *Juſtinus* vocalem *α* in voce θεὰ corripi, quam ſequens *Orpheum* produxit *Homerus*.

2 διὰ τ᾽ ἀντωνυμίας τ᾽ ὄντως ὄντα σημαίνων] Eodem modo interpretatus eſt hunc *Homeri* locum *Cyrill. Alex.* lib. 1. contra *Julianum*. Οὐ γάρ πᾳ φησὶν εἰ ⸌ Θεῶν τις ὑπόκριτο μοι ξ᾽ μὲ γήρως τὴν ἀπημοσύνην, πειλινάχρειον ἦ τὴν νεότητα — τὸ γὰρ θεὸς αὐτὸς ἐκ ἐφ᾽ ἑνὶ τ᾽ ἐν μύθοις πεπλασμένων τινὰ, αὐτὸν δὲ δὴ μόνον καταμεμηνέναι ἂν τ᾽ ἀληθῶς ὄντα Θεόν.

τῶν

1 Σαφο-

τῶν Δι᾽ τὸ πλῆθος, καὶ μάχας, καὶ στάσεις, καὶ κατ᾽ ἀλλήλων ἐπιβουλὰς διηγούμενος. τὴν γὰρ μοναρχίαν ἄμαχον εἶναι συμβαίνει. ταῦτα μὲν ἂν ὁ ποιητὴς Ὁμηρος.

ιζ. Εἰ δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Σκηνῆς περὶ ἑνὸς Θεοῦ μαρτυρίας ἡμᾶς προσθεῖναι δεῖ, ἀκούσατε καὶ [1] Σοφοκλέους ὧδε λέγοντος·

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν Θεὸς,
Ος οὐρανὸν τέτυχε, καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, καὶ- νέμων βίας.
Θνητοὶ δὲ [2] πολλοὶ καρδίᾳ πλανώμενοι,
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων ψυχλὸν ἄγαλμα θεῶν ἀχάλματ᾽ ἐκ λίθων τε καὶ ξύλων,
Ἢ χρυσοτεύκτων ἢ ἐλεφαντίνων τύπους·
Θυσίας τε τούτοις καὶ καλὰς πανηγύρεις
Τεύχοντες, ὅτως εὐσεβεῖν νομίζομεν,

Ταῦτα μὲν ἂν ὁ Σοφοκλῆς. ὁ δὲ Μνησάρχου Πυθαγόρας, ὁ τὰ

propter multitudinem, & prælia, & factiones, & mutuas insidias passim commemorat. Nam monarchia sive unius imperium, pacatum esse consuevit. Hæc quidem ita *Homerus* Poeta.

XVII. Quod si vero è Scena etiam de uno Deo testimonia nos adducere oportet, *Sophoclem* quoque audite, ita dicentem:

Unum profecto Numen, unus est Deus,
Qui condidit cœlum, & solum terræ patens,
Marisque fluctus, vimque ventorum gravem.
Plerique nostrûm, mente sed capti, deûm
Simulacra nobis, ceu mali solatium,
Cùm saxea atque acerna consecravimus,
Tum & aureas eburneasque imagines.
Hos victimis placamus, his festos dies
Agimus: pios hôc esse nos rati modô.

Hæc etiam *Sophocles*. *Pythagoras* autem *Mnesarchi* filius, qui Philoso-

1 Σοφοκλέους ὅτω λέγοντος] Versus hi *Sophoclei* non sunt in iis septem ejus Tragœdiis, quæ solæ extant. Multas enim alias scripsit. PERIONIUS.

2 πολλοὶ] Aptiùs legemus aut πολλὸν, aut πουλύ. Repetuntur iidem versus infra pag. 104. & apud *Clementem* pag. 21. & 257. apud *Euseb.* Præpar.Evang.348. SYLBURG.

Philoſophiæ ſuæ placita per ſymbola arcana tradidit, ſicuti qui vitam ejus ſcripſerunt, teſtantur, digna & ipſe *Ægyptiâ* peregrinatione de uno & ſingulari Deo ſenſiſſe videtur.

XVIII. Unitatem namque, rerum omnium originem, eandemque bonorum omnium cauſam eſſe dicens, per allegoriam unum, atque eum ſolum Deum eſſe docet. Id verò ſic ſe habere, ex eo patet, quòd *unitatem*, & *unum*, multùm differre inter ſe ait. Unitatem quippe in iis, quæ intelligentiâ comprehenduntur; Unum autem in numeris eſſe. Sin clariorem adhuc *Pythagoræ* de uno Deo opinionis probationem ſcire cupitis, audite ſententiam ejus. Sic namque dicit: *Sane quidem Deus unus eſt; non ille autem, quomodo nonnulli ſunt ſuſpicati, extra hunc mundi ornatum: ſed ipſe in ſe totus, in circulo toto generationes omnes inſpiciens ſeculorum*

δόγματα τ̃ ἑαυτ̃ φιλοσοφίας 1 δι᾽ συμβόλων μυστικ̃ς ἐκθέμενο, ὡς δηλο῀σιν οἱ τ̀ βίον αὐτ̃ γεγραφότες, ἄξια κ᾽ αὐτὸς τ̀ εἰς Αἴγυπτον ἀποδημίας πε῀ ἑνὸς Θε῀ φρονῶν φαίνε).

ιη΄. 2 Τὸν γ᾽ μονάδα ἐχλὸ ἁπάντων λέγων, κ᾽ τοὐτ῀ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων αἰτίαν ε῀ναι, δ᾽ ἀλληγορίας ἕνα τε κ᾽ μόνον διδάσκει Θεὸν ε῀ναι. ὅτι δὲ τ῀θ᾽ ἕτως ἔχει, δῆλον ἀφ᾽ ὧν μονάδα κ᾽ ἓν πολλ῀ διαφέρειν ἀλλήλων ἔφη. τὸν μὲν γ᾽ μονάδα ἐν τοῖς νοητοῖς ε῀ναι λέγει, τ̀ δὲ ἓν ἐν τοῖς ἀριθμοῖς. εἰ δὲ κ᾽ σαφεστέραν ἀποδεῖξιν πε῀ ἑνὸς Θε῀ τῆς Πυθαγόρ᾽ δόξης πυθέσθε γνῶναι, 3 ἀκούσατε κ᾽ τῆς αὐτ῀ δόξης. ἕτω γὰρ ἔφη 4 ὁ μὲν Θεὸς εἷς· αὐτὸς δὲ, ἐχ ὥς τινες ὑπονοο῀σιν, ἐκτὸς 5 τ῀ διακοσμήσε, ἀλλ᾽ ἐν ἑαυτῷ ὅλ ἐν ὅλῳ τῷ κύκλῳ ἐπισκοπῶν 6 πάσας τὰς γενεσιὰς ἐσι, κρίσις ἐὼν τ̃ ὅλων

αἰώνων

1 διὰ συμβόλων μυστικῶς ἐκθέμενος] *Pythagoræ* ſymbola recenſentur ſimul & explicantur apud *Diogenem Laërtium* in vita *Pythag.* non procul ab initio.

2 τὸν γ᾽ μονάδα] Vide ſupra pag. 5. lin. 22.

3 ἀκούσατε δ᾽ τ̃ αὐτ̃ δόξης] *Rob. Steph.* ἀκούσατε τοιούτου. SYLBURG.

4 ὁ μὲν Θεὸς εἷς &c.] Verba ſunt *Pythagoræ* ex libro, qui non extat, quod ſciam. Ejus enim tantum aureos verſus legi. PERIONIUS.

5 τὰς διακοσμήσεις] MS. Reg. 2. legit τ῀ διακοσμήσιος.

6 πάσας τὰς γενεσιὰς ἐσι κρίσις ἐὼν] *Rob. Steph.* πάσας τὰς γενέσεις ἐσι κρῆσις αἰὼν τ̃ ὅλων αἰώνων. Quidam etiam ibidem, ἐτῶν τ̃ ὅλων SYLB. Et ſic eſt in MS. Reg. 2.

αἰώνων καὶ ἐργάτας τῶν αὐτοῦ δυναμίων καὶ ἔργων, δεχὰ πάντων, ἓν, ἐν ὁμοίῳ φωτὴρ, καὶ πάντων πατὴρ, νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων, κύκλων ἁπάντων κίνησις. οὕτω μὲν οὖν ὁ Πυθαγόρας.

ιθ'. Πλάτων δὲ, ἀποδεξάμενος μὲν, ὡς ἔοικεν, τὴν περὶ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν διδασκαλίαν, λαθὼν ἐν Αἰγύπτῳ γυόμενος ἔγνω, δείσας δὲ τὰ συμβεβηκότα Σωκράτει δεδιὼς μήπως καὶ αὐτὸς [1] Ανυτόν τινα ἢ καὶ Μέλιτον καθ' ἑαυτοῦ γενέσθαι ποιήσασθαι κατήγορον ἔνδικα αὐτοῦ παρ' Αθηναίοις καὶ λέγοντα· Πλάτων ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται, Θεοὺς, οὓς ἡ πόλις νομίζει, οὐ νομίζων, φόβῳ δὲ κωνείου ποικίλον τινὰ καὶ ἐσχηματισμένον τοῦ περὶ Θεῶν γυμνάζει λόγον, εἶναί τι Θεοὺς τοῖς βουλομένοις, μὴ εἶναι, οἷς παναντία δοκεῖ, τῷ λόγῳ καθαιρῶν, ὡς ἔστι ῥᾴδιον ἀπ' αὐτῶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθέντων γνῶναι. πῶς γὰρ τὸ γυόμενον θνητὸν προαποφηνάμενος εἶναι, ὕστερον Θεοὺς γεγενῆσθαι λέγει. εἰ τοίνυν βούλει ἁπάντων τοῦ Θεὸν καὶ τὴν ὕλην εἶναι βούλῃ, δῆλον, ὅτι ἀνάγκη

omnium est temperatio, & virtutum operumque ejus omnium opifex, principium omnium, unum, cœli lumen, & parens omnium, mens & animatio universorum, circulorum omnium motio. Sic & hoc *Pythagoras*.

XIX. *Plato* verò, acceptâ, cùm in *Ægypto* esset, sicuti videtur, *Mosæ* & aliorum prophetarum de uno, eoque solo Deo doctrinâ, ne quomodo, sicuti *Socrati* accidisse viderat, ipse quoque *Anytum* quempiam, aut etiam *Melitum* contra se apud *Athenienses* excitaret accusatorem, qui diceret: *Plato* injurius est & curiosus, quos civitas recepit, ipse non recipiens deos; veritus, veneni metu variam quandam atque fucatam de Diis subinde instituit orationem: Esse deos hos esse volentibus, & non esse, diversa opinantibus, scriptis suis astruens, id quod facile est ex dictis ejus intelligere. Postquam enim, quod genitum sit, mortale esse statuit, deos postea genitos esse ait. Porro si principium rerum omnium Deum & materiam esse vult, satis patet, necessariò

1 Ανυτόν τινα ἢ καὶ Μέλιτον] Hos iniquos accusatores *Socratis* fuisse sciunt omnes; hoc loco ideo eorum nomina pro quovis delatore magis injusto à *Justino* usurpantur. Notemus autem quod pro Μέλιτον ambo MSS. Reg. habeant Μέλητον.

ceſſariò prorſus è materia deos generatos eſſe, dici oportere. Quod ſi è materia, unde & malum progreſſum eſſe dicit, quales deos è materia progeneratos eſſe exiſtimandum ſit, eis qui ſanâ mente præditi ſunt, deſpiciendum permiſit. Proinde & ingenitam eſſe materiam prodidit, ne Deum mali auctorem eſſe dicere putaretur.

XX. Atque illum quidem de diis, à Deo creatis, verba hæc protuliſſe apparet: *Dii deorum, quorum ego ſum conditor.* De ipſo autem vero Deo rectam obtinuiſſe videtur ſententiam. Cum enim in *Ægypto* audiviſſet, Deum *Moſæ* dixiſſe: *Ego ſum exiſtens ille*; ſeu, *Qui ſum*: quo tempore *Moſen* ad *Hebræos* miſſurus erat: cognovit ille ſcilicet, Deum proprium nomen ſuum *Moſæ* non promulgaſſe. *Fieri namque omnino non poteſt, ut proprium aliquod nomen Deo attribuatur*; propterea quod nomina ad deſignationem & diſcretionem ſubjectarum rerum imponantur, quæ variæ ſunt &

πᾶσιν [1] ἐξ ὕλης τὰς θεὰς γεγενῆσθαι λέγειν· εἰ δὲ ἐξ ὕλης, ἐξ ἧς καὶ τὸ κακὸν ὡρμῆσθαι ἔφη, οἵας εἶναι τὰς θεὰς τὰς ἐξ ὕλης γιγομένας οἰεσθαι προσήκει, τοῖς εὐφρονοῦσι παρῆκε σκοπεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ [2] καὶ ἀγέννητον τὴν ὕλην ἔφησεν εἶναι, ἵνα μὴ δόξῃ θεὸν τὸ κακὸν ποιητὴν εἶναι λέγειν.

κ'. Καὶ ὡς μὲν τὸ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθέντων θεῶν ταῦτ' εἰρηκὼς φαίνεται, θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργός. ὡς δὲ ὄντως ὄντος θεοῦ τὴν ὀρθὴν ἔχων φαίνεται δόξαν. ἀκηκοὼς γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ θεοῦ τοῦ Μωϋσῆ εἰρηκέναι, [a] ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ὁπηνίκα ὡρμᾶτο τοὺς Ἑβραίους αὐτὸν ἀποστέλλειν ἔμελλεν, ἔγνω ὅτι ἀκύρωτον ὄνομα ἑαυτοῦ ὁ θεὸς πρὸς αὐτὸν ἔφη. [3] οὐδὲν γὰρ ὄνομα ἐπὶ θεοῦ κυριολογεῖσθαι δυνατόν. τὰ γὰρ ὀνόματα εἰς δήλωσιν καὶ διάγνωσιν τῶν ὑποκειμένων κεῖται πραγμάτων, πολλῶν καὶ διαφόρων

a Exod. cap. 3. v.

1 Ἐξ ὕλης τὰς θεὰς] [Hinc *Theophilus Antiochenus* lib. III ad *Autolycum* pag. 209. ſcribit: Πλάτων δὲ θεὰς εἰπὼν, εἶναι ὑλικὰς αὐτὰς βέλτιστα σωφρονεῖν. Platoni *de diis loquenti, eos eſſe materiales confirmare placet.* GRABE.

2 Καὶ ἀγέννητον τὴν ὕλην] Similiter *Theophilus* lib. 2. Πλάτων δὲ καὶ οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ θεὸν μὲν ὁμολογοῦσιν ἀγέννητον, καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι· ἔπειτα ὑποτίθενται θεόν, καὶ ὕλην ἀγέννητον, καὶ τούτοις φασὶ συνηκμακέναι τὸν θεόν. &c.

3 Θεὸν τοῦ] *Rob. Steph.* τὸ θεὸν Ϛ. SYLB.

4 Οὐδὲν γὰρ ὄνομα] Vide Apolog. I. pag. 118. lin. 2. noſtræ edit. & Apolog. II. ſupra pag. 12. l. 26. ſeqq. quæque ibi annotantur. GRABE.

Φόρων

φόρων ὄντων· Θεῷ δὲ ἔτι ὁ πιθεὶς ὄνομα προϋπῆρχεν, ἔτε αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνομάζειν ὠήθη δεῖν, εἷς καὶ μόνος ὑπάρχων, ὡς αὐτὸς διὰ τῶ ἑαυτῦ προφητῶν μαρτυρεῖ [a] λέγων· ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα, καὶ πλὴν ἐμοῦ Θεὸς ἕτερος οὐκ ἔστι. Διὰ τοῦτο τοίνυν, ὡς καὶ πρότερον ἔφην, οὐδὲ ὀνόματος τινὸς ὁ Θεὸς ἀποστέλλων πρὸς τοὺς Ἑβραίους τὸν Μωϋσέα μέμνηται, ἀλλὰ διά τινος μετοχῆς εἶναι καὶ μόνον Θεὸν ἑαυτὸν εἶναι μυστικῶς διδάσκει. ἐγὼ γὰρ, φησὶν, εἰμὶ ὁ ὤν· ἀντιδιαστέλλων ἑαυτὸν δηλονότι ὁ ὢν τοῖς μὴ οὖσιν, ἵνα γνῶσιν οἱ πρότερον ἀπατηθέντες, ὅτι οὐχὶ τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ τοῖς μὴ οὖσι προσέχον. ἐπεὶ τοίνυν ὁ Θεὸς ἠπίστατο τοὺς πρώτους ἀνθρώπους τοῦ παλαιοῦ τοῦ προγόνων μεμνημένους ἀπάτης, ἣν ἀπατήσας αὐτοὺς ὁ μισάνθρωπος δαίμων ἠβουλήθη, [b] φήσας πρὸς αὐτούς· εἰ πειθαρχήσετέ μοι τῷ τοῦ Θεοῦ παραγγεῖλαι ἐντολὴν, ἔσεσθε ὡς θεοὶ, θεοὺς ὀνομάζων τοὺς μὴ ὄντας, ἵνα οἱ ἄνθρωποι οἰηθέντες μὴ ἑτέρους εἶναι θεοὺς, καὶ ἑαυτοὺς δυνασθαι γνήσιος Θεοὺς πιστεύσωσι· διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Μωϋσέα ἔφη, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, ἵνα διὰ τῆς μετο-

multæ: Deo autem qui nomen inderet, nemo ante eum exſtitit: neque ipſe ſeipſum nomine aliquo deſignare opus eſſe duxit, unus & ſolus exiſtens, quemadmodum de ſeipſo per prophetas ipſe teſtificatur, dicens: *Ego Deus primus, & ego poſtea, & præter me Deus alius non eſt.* Quocirca, pro eo atque ſupra dixi ad *Hebræos* ablegans *Moſen* Deus, nullius meminit nominis, ſed per participium quoddam, unum ſe & ſolum Deum eſſe, arcanè docet: *Ego* enim, inquit, *ſum exiſtens ille*; ſeipſum videlicet non exiſtentibus opponens, ut, qui antehac ſeducti in errorem fuerant, intelligerent, non ſe exiſtentibus, ſed minime prorſus exiſtentibus animum intendiſſe. Quamobrem, quòd Deus ſciret, primos homines veteris majorum ſuorum non immemores eſſe ſeductionis, (quâ illos tranſverſos egit humani generis hoſtis dæmon, hiſce ad eos uſus verbis: *Si obſequuti mihi fueritis, mandatum Deo tranſgredientes, inſtar deorum eritis*: eos, qui non eſſent, *deos* nominans, ut homines, alios etiam deos eſſe exiſtimantes, ſeipſos quoque deos fieri poſſe crederent) eam ob rem *Moſæ* dixit: *Ego ſum exiſtens ille*: ut per participium

a Eſai. cap. 44. v. 6. b Gen. cap. 3. v. 5.

Exiſtens,

Exiſtens, inter exiſtentem Deum, & prorſus non exiſtentes, doceret differentiam.

XXI. Itaque factum, ut homines ſeductori obſecundantes dæmoni, ac Deo minus auſcultare audentes, è Paradiſo egreſſi ſunt; nominis quidem *deorum* non obliti, nedum autem etiam à Deo, deos alios non eſſe, edocti. Non enim æquum erat, eos, qui præceptum primum non ſervaſſent, quod quidem certe facile ſervare potuerant, docere ampliùs, ſed pœnam eis juſtam inferre potius. Paradiſo ergo illi ejecti, & propter inobientiam ſolam ejectos ſe eſſe exiſtimantes, neque dum ſatis intelligentes, propterea id quoque accidiſſe, quòd perſuaſum eis fuiſſet, ut cùm non eſſent, ſe eſſe deos crederent, deorum nomen ad poſteros ſuos ex ſe progenitos homines tranſmiſerunt.

XXII. Hæc ipſa eſt prima de diis falſa & mendax imaginatio, à falſo & mendaci orta patre. Sciens itaque Deus falſam de diis multis opinio-

χῆς ὄντ⟨ος⟩, [1] ⟨τ⟩ῦ θεῦ ὄντ⟨ος⟩ καὶ μὴ ὄντων διαφορὰν διδάξῃ.

κά. Πειθέντες τοίνυν οἱ ἄνθρωποι τῷ ἠπατηκότι δαίμονι, καὶ θεὸν ⟨τ⟩ὸν δημιοῦργον τολμήσαντες ἐξουθενῆσαι, ἐξῆλθον ⟨τ⟩οῦ παραδείσου, ⟨τ⟩ὸ μὲν ὀνόματος ⟨τ⟩ῶν θεῶν μεμνημένοι, [2] μηκέτι ⟨τ⟩ὸν παρὰ θεῦ μὴ εἶναι θεὸς ἑτέρους διδαχθέντες. ἦν γὰρ δίκαιον ⟨τ⟩οῖς ⟨τ⟩ὴν πρώτην ἐντολὴν μὴ φυλάξασιν, ⟨τ⟩ὴν φυλάξαι ῥᾴδιον ⟨τ⟩ὴν, διδάσκειν ἔτι, ἀλλὰ τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπάγειν δικαίαν. Ἐκβληθέντες τοίνυν ⟨τ⟩οῦ παραδείσου, καὶ οἰόμενοι διὰ ⟨τ⟩ὴν παρακοὴν ἐκβεβλῆσθαι μόνην, ἃ μὴν εἰδότες διότι καὶ θεὸς μὴ ὄντας ἐπείσθησαν εἶναι, ⟨τ⟩ὸ ⟨τ⟩ῶν θεῶν ὄνομα καὶ ⟨τ⟩οῖς μετὰ ⟨τ⟩ου⟨τ⟩ο ἐξ αὐτῶν γιγνομένοις ἀνθρώποις παρέδοσαν.

κβ. Αὕτη τοίνυν πρώτη [3] περὶ θεῶν ψευδὴς φαντασία, ἀπὸ ⟨τ⟩οῦ ψεύσ⟨τ⟩ου πατρὸς [4] ἀρχὴν ἐσχηκυῖα. εἰδὼς τοίνυν ὁ θεὸς ⟨τ⟩ὴν ⟨τ⟩ῶν πολυθεότητ⟨ος⟩ μὴ ἀληθῆ δόξαν,

1 ⟨Τ⟩οῦ θεοῦ ὄντος] Pro quo *Wolfius* videtur maluiſſe ⟨τ⟩οῦ ὄντως θεοῦ ut ſupra 17. 30. & 19. 10. Sed altera quoque lectio ſuis confirmatur exemplis, ut ſequenti pag. lin. 17. & infrà pag. 22. lin. 37. SYLBURG.

2 μηκέτι δὲ περὶ ⟨τ⟩οῦ θεοῦ μὴ εἶναι θεοὺς ἑτέρους διδαχθέντες] Non expreſſis ſcilicet verbis; ex lumine tamen Rationis quod illis Deus indidit, hoc colligere potuiſſent.

3 περὶ θεῶν ψευδὴς] MS. Reg. 2. περὶ θεοῦ ψευδὴς.

4 ἀρχὴν] MSS. Reg. 1. 2. præmittunt articulum ⟨τ⟩ὴν.

1 Αρειοπ-

ξαν, ὥσπερ τινα νόσον τῇ τῶν ἀνθρώπων ἐνοχλοῦσαν ψυχῇ, ἀνελεῖν καὶ ἀνατρέψαι βουλόμενος, πρῶτον μὲν Μωϋσῇ φανεὶς, ἔφη πρὸς αὐτὸν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. ἔδει γὰρ, οἶμαι, τὸν ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα τοῦ τῶν Ἑβραίων γένους ἐσεσθαι μέλλοντα, πρῶτον ἁπάντων τὸν ὄντα γινώσκειν Θεόν. διὸ καὶ τούτῳ πρώτῳ φανεὶς, ὡς οἷόν τε δυνατὸν ἀνθρώπῳ φανῆναι Θεὸν, ἔφη πρὸς αὐτόν· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· εἶτα ἀποστέλλειν αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἑβραίους μέλλων, κἀκείνοις αὐτὸν τὸ αὐτὸ πρᾶξαι λέγειν· Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Ταῦτα τοίνυν ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν ὁ Πλάτων, καὶ σφόδρα ἀρεσθεὶς τοῖς περὶ ἑνὸς Θεοῦ εἰρημένοις, τοῦ μὲν ὀνόματος Μωϋσέως, διὰ τὸ ἕνα καὶ μόνον διδάσκειν Θεὸν, μνημονεῦσαι παρ' Ἀθηναίοις οὐκ ἀσφαλὲς ἡγεῖτο, δεδιὼς τὸν [1] Ἄρειον πάγον. τὸ δὲ καλῶς εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ, οὐχ ὡς παρ' ἐκείνου μαθὼν, ἀλλ' ὡς ἑαυτοῦ ἐκτιθέμενος δόξαν, ἐν τῷ ἐπωνυμασμένῳ αὐτοῦ λόγῳ Τιμαίῳ, ἐν ᾧ περὶ θεολογεῖν ἐπεχείρησε, τοῦτο ἐκεῖνος ἔφη· Ποιητὴν μὲν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας λέγειν ἀδύνατον. Ἐπειδὴ δὲ ὁ κόσμος οὗτος καλὸς, καὶ ὁ δημιουργὸς ἀγαθὸς, ἀπ' ἐκείνου δὲ ἐκεῖνος ἔφη· Ποιητὴν μὲν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας λέγειν ἀδύνατον. Ἐπειδὴ δὲ ὁ κόσμος οὗτος καλὸς, καὶ ὁ δημιουργὸς ἀγαθὸς, ἀπ' ἐκείνου

nem, veluti morbum quendam hominum conturbare animos, abolere & evertere eam volens, *Moſæ* primùm apparens ille, ad illum dixit; *Ego ſum exiſtens ille.* Oportuit namque, ut opinor, Principem & Imperatorem *Hebræorum* gentis futurum, primùm omnium exiſtentem ipſum cognoſcere Deum. Quam ob cauſam primò huic apparens, quatenus quidem poſſibile erat homini Deum apparere, ad eum dixit: *Ego ſum exiſtens ille.* Eundem verò deinde ad *Hebræos* miſſurus, illis quoque eadem ipſum renunciare jubet: *Exiſtens ille me ad vos legavit.* Hæc ergo cum *Plato* in *Ægypto* didiciſſet, ejuſcemodi de uno Deo dictis multùm delectatus, *Moſæ* quidem nominis, qui unum eundemque ſolum deprædicaret Deum, apud *Athenienſes* mentionem inferre, non ſatis tutum arbitratus eſt, *Areopagum* metuens. Scitè vero ab illo dictum verbum, non perinde atque ab illo acceptum, ſed quaſi à ſeipſo inventam ſententiam, in *Timæo*, accuratè à ſe ſcripto libro (in quo etiam theologari, ac de rebus divinis diſputare eſt molitus) exponens, id

1 Ἄρειον πάγον] *Martis rupem*, locum, ubi celeberrimus *Athenienſium* Senatus conveniebat, & qui exinde *Areopagi* nomen obtinuit. Coram hoc concilio de rebus tantum majoris momenti agebatur & præcipue, ut dicit *Diogenes Laërtius* ἐπὶ ἀσεβείᾳ, apud hunc Senatum condemnatus eſt *Socrates*; & Act. c. 17. cum de nova (ut aiebant) S. *Pauli* doctrina plenius cognoſcere cuperent, pertraxerunt illum in *Areopagum*.

id ipſum, quod & *Moſes*, de Deo ſcripſit. Ait enim: *Primùm igitur judicio meo diſcernendum venit, quid ſit, quod ſemper quidem exiſtit, genitum autem non eſt; & quid quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit.*

XXII. Annon, viri *Græci*, hoc unum idemque eſſe eis videtur, qui rectè ſapiunt, articulo ſolo varians? Nam *Moſes*, *Exiſtens ille*, dixit; *Plato* autem, *Exiſtens illud*. Utrumque verò dictum ſemper exiſtenti Deo congruere apparet: ipſe enim ſolus eſt, qui ſemper exiſtit, & genitus non eſt. Quicquid verò tandem ſit, quod ſemper exiſtenti è diverſo opponitur, de quo *Plato* dixit: *& quid ſit, quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit*, diligenter convenit inſpicere. Comperiemus namque, eum clarè & apertè dicere, ingenitum quidem ſempiternum eſſe; genitos autem ſeu conditos, (quemadmodum ipſe de eis dictum eſſe ait: *Dii deorum, quorum ego ſum opifex*)

ρει, τὸ αὐτὸ ὁ καὶ ὡδὶ Θεὸν Μωϋσῆς, γέγραφεν. ἔφη γάρ· ‘Ἔστιν ‘ἓν κατ' ἐμὲ δόξαν διαιρετέον ‘πρῶτον, τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένε- ‘σιν δὲ οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γινό- ‘μενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε.

κϐ'. Τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, τοῖς νοεῖν δυναμένοις, οὐ δοκεῖ ἓν καὶ ταὐτὸν εἶναι, τῷ ἄρθρῳ μόνῳ διαλλάττον; ὁ μὲν γὰρ Μωϋσῆς, ὁ ὤν, ἔφη· ὁ δὲ Πλάτων, τὸ ὄν. ἑκάτερον δὴ τ εἰρημένων τῷ ἀεὶ ὄντι Θεῷ πεφυκέναι φαίνεται· αὐτὸς γάρ ἐστι μόνος ὁ ἀεὶ ὤν, γένεσιν δὲ 1 μὴ ἔχων. τί τοίνυν ἐστὶν ἕτερον 2 τὸ τῷ ἀεὶ ὄντι ἀν- 21
διαλλόμενον, ὡδὶ δ' αὐτὸς ἔφη· ‘Καὶ τί τὸ γινόμενον μὲν, ὂν δὲ ‘οὐδέποτε, ἀκριβῶς προσήκει σκο- πεῖν. εὑρήσομεν γὰρ αὐτὸν σα- φῶς καὶ φανερῶς τὸν μὲν 3 ἀ- γέννητον ἀΐδιον εἶναι λέγοντα· 4 τὰς δὲ γεννητὰς ἢ δημιουργη- τὰς (ὡς αὐτὸς ὡδὶ τ αὐτῶν εἰ- ρηκὼς ἔφη, ‘Θεοὶ θεῶν, 5 ὧν ἐγὼ δη-

μιουργὸς)

1 μὴ ἔχων] MS. Reg. 2. οὐκ ἔχων.

2 τὸ τῷ ἀεὶ ὄντι] MS. Reg. 2. τὸ μὲ ἀεὶ ὄντι.

3 ἀγέννητον] MS. Reg. 1. ἀγένητον & mox γενητὰς. Quam lectionem agnoſcit etiam *Sylburgius*.

4 τὰς δὲ γεννητὰς] Scilicet θεὰς quos ſupra pag. 86. l. 1. dixit ἐξ ὕλης γεγενημένας. Porro huic *Platonis* ſententiæ de Diis materialibus, ſubſcripſit etiam *Pindarus* Nem. Od. 6.

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος, ἐκ
Μιᾶς δὲ πνέομεν
Μητρὸς ἀμφοτεροι.

Ubi per μητρὸς Scholiaſtes *terram* intelligit.

5 ὧν] Hæc vox deeſt in MS. Reg. 2.

μιυργὸς) γινομένυς καὶ ἀπολλυμένυς· ὕτω τοῦτο γὰρ αὐτὸς λέγει· ‘Ἐστι γ' οὖν κατ' ἐμὲ δόξαν πρῶτον διαιρετέον, τί τὸ ὂν μὲν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον· καὶ τί τὸ γινόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε. τὸ μὲν οὖν νοήσει μετὰ τοῦ λόγυ περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν· τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγυ δοξαστὸν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὂν δὲ οὐδέποτε. Ταῦτα τὰ ῥητὰ τοῖς ὀρθῶς νοεῖν δυναμένοις ἀναίρεσιν καὶ ἀπώλειαν τῶν γενομένων κηρύτ[τ]ει θεῶν. ἀναγκαῖον γοῦν οἶμαι καὶ τόδε προσέχειν τὸν νοῦν, ὅτι οὐδὲ ποιητὴν αὐτὸν ὁ Πλάτων, ἀλλὰ δημιυργὸν ὀνομάζει θεῶν· καίτοι πολλῆς διαφορᾶς ἐν τούτοις οὔσης κατὰ τὴν αὐτοῦ Πλάτωνος δόξαν. ὁ μὲν γὰρ ποιητὴς, οὐδενὸς ἑτέρυ προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξυσίας ποιεῖ τὸ ποιύμενον· ὁ δὲ δημιυργὸς, τὴν τῆς δημιυργίας δύναμιν ἐκ τῆς ὕλης εἰληφὼς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον.

κγ'. Ἀλλ' ἴσως τινὲς, τῶν τῆς πολυθεότητος δογμάτων ἀποσῆναι μὴ βυλόμενοι, αὐτὸν τὸν

naſcentes & diſpereuntes. Hoc ſiquidem ille ſic ait: *Primum igitur judicio meo diſcernendum venit, quid ſit, quod ſemper quidem exiſtit, genitum autem non eſt; & quid quod genitum quidem eſt, nunquam autem exiſtit. Illud ſane quidem eſt intelligentiâ cum ratione comprehenſibile, ſemper ſibi ipſi conſtans: hoc autem opinione cum ſenſu irrationabili opinabile, genitum & diſperiens, neque unquam exiſtens.* Hæc ipſa verba eis, quibus rectum eſt mentis judicium, abolitionem & exitium genitorum deorum denunciant. Quin neceſſàrium eſſe duco, ad illud quoque mentem advertere, quod non *factorem* eum *Plato*, ſed *opificem deorum* nominat: cùm magna inter hæc ſit differentia, ipſius etiam *Platonis* opinione. Propterea, quod *factor* quidem, nullius alterius indigens rei, ſuapte virtute & poteſtate, quod creat, efficit: *opifex* autem opificii ſui virtutem, ex materia accipiens, opus ſuum conſtruit.

XXIII. Cæterum nonnulli fortaſſe, qui à plurimæ divinitatis cultu diſcedere nolunt, opificem

1 ἔστι γ' οὖν &c.] In *Platonis Timæo* unde hæc verba ſumpta ſunt, legitur ἔστιν οὖν δὴ πρῶτον διαιρετέον τάδε: & mox τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγυ abſque articulo; & rurſum ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε; ὄν. ARCERIUS. Ni fallor autem vox ὄντως, in poſteriori hoc commate, incuriâ Typographi eſt omiſſa, & ad exprimendam *Platonis* ſententiam neceſſariò addenda.

ficem ipſum hæc ad deos conditos loquutum eſſe dicent: *Quandoquidem geniti eſtis, immortales quidem non eſtis, neque prorſus indiſſolubiles: verumtamen neq; interibitis, neq; fatalem mortis neceſſitatem experiemini, voluntatem meam majus multò & fortius vinculum habentes.* Etenim hîc *Plato* multorum deorum cultum complexos veritus, contraria inter ſe Opificem Deum ſuum inducit loquentem. Nam quem antea, *Quicquid genitum ſit, corruptibile eſſe*, pronunciaſſe dixit, eundem nunc diverſa aſſerentem facit: non animadvertens, neutiquam ſe hoc modo mendacii crimen effugere. Aut enim, quod prius proloquutus eſt, *Quicquid genitum ſit, corruptibile eſſe*, mentitur, aut nunc, diverſa ab eis, quæ antea ipſis dixit, referens, fallit. Si namque neceſſarium planè eſt, quod genitum ſit, corruptibile eſſe, proeo atque priùs definivit, quî omnino fieri poteſt, ut quod per neceſſitatem ipſam ſit impoſſibile, tandem poſſibile fiat? Quapropter vanum eſſe videtur, quod *Plato* Opifici ſuo gra-

δημιουργὸν τοῖς δημιουργηθεῖσι θεοῖς τοιάδε εἰρηκέναι φήσουσιν· ‘ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι ‘μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ ‘παράπαν· ἔστε μὲν δὴ λυθή- ‘σεσθέ γε, οὔτε τεύξεσθε θανάτου ‘μοίρας, τὸ ἐμῆς βουλήσεως, μεί- ‘ζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ ἰσχυροτέρου ‘λαχόντες. Ἐνταῦθα ὁ Πλάτων τὰς τῶν πολυθεότητα ἀσπαζομένους δεδιὼς, ἐναντία ἑαυτῷ τὸν κατ' αὐτὸν δημιουργὸν εἰσάγει λέγοντα· πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον φθαρτὸν, πρότερον εἰρηκέναι αὐτὸν φήσας, νῦν τοὐναντία αὐτὸν εἰσάγει λέγοντα, ἀγνοῶν ὅτι ἀδαμῶς οὕτω δυνατὸν τὸ τοῦ ψεύδους ἐλέγχου ἐκφυγεῖν ἔγκλημα. ἢ γὰρ τὸ πρότερον εἰρηκὼς, πᾶν τὸ γενόμενον φθαρτὸν, ψεύδεται, ἢ νῦν τοὐναντία τοῖς πρότερον περὶ αὐτῶν εἰρημένοις ἐπαγγελλόμενος. εἰ γὰρ ἀνάγκη πᾶσι, τὸ γενητὸν φθαρτὸν εἶναι καὶ τὸν πρότερον αὐτὸ ὁρᾶν, πῶς συγχωρεῖ τὸ κατ' ἀνάγκην ἀδύνατον γενέσθαι δυνατόν; ὥστε μάτην ἔοικεν ὁ Πλάτων ἀδύνατα χα-

ρίζεσθαι

1 ἐπείπερ γεγένησθε] Locus hic extat apud *Platonem* lib. de Repub. X.

2 τὸ παράπαν] MS. Reg. 2. habet τὸ πάμπαν. & ſupra lineam recenti manu & atramento ſcriptum legitur, Γρ. τὸ παράπαν.

3 πᾶν γὰρ τὸ γενόμενον φθαρτὸν] Idem dicit *Theophilus Antiochenus* lib. 2. ad Autol. Τὸ γὰρ γενητὸν, φησὶ, τροπὴν, καὶ ἀλλοίωσιν τὸ δὲ ἀγένητον, ἄτρεπτον, καὶ ἀναλλοίωτον.

4 δυνατὸν] Subaudiendum εἶναι.

1 τοῦτο

ρίζεσθαι τῷ κατ' αὐτὸν δημιουργῷ τὰς ἀπάτας, ἀλλὰ τὸ ἐξ ὕλης γενηθῆναι, φθαρτὰς καὶ αὐτὰς γενομένας, αὖθις δι' αὐτὸ ἀφθάρτους καὶ [1] αὐτὰς ἐπαγγελλόμενον ἔπεσθαι. τὴν γὰρ τῆς ὕλης δύναμιν ἀγένητον καὶ ἰσόχρονον καὶ ἡλικιώτιν κατὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν τοῦ δημιουργοῦ ὄσαν, ἀντιστατεῖν εἰκὸς τῇ αὐτοῦ βουλήσει· τῷ γὰρ μὴ πεποιηκότι ἀδεμία ἐξουσία πρὸς τὸ μὴ γεγονός· ὥστε οὐδὲ βιασθῆναι αὐτὴν δυνατὸν τὸ ἔξωθεν πάσης ἀνάγκης ἐλευθέραν οὖσαν. ἀλλὰ τοῦτο τοίνυν καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων εἰς ταῦτα ἀφορῶν, οὕτω γέγραφεν· ἀνάγκη δὲ οὐδὲ θεὸν λέγεσθαι δυνατὸν βιάζεσθαι. πῶς οὖν Ὅμηρον τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας ἐκβάλλει Πλάτων, ἐπειδὴ ἐν τῇ πρὸς Ἀχιλλέα πρεσβείᾳ τὸν Φοίνικα πεποίηκε τῷ Ἀχιλλεῖ λέγοντα,

---Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί·
καί τοι Ὅμηρος οὐ περὶ βασιλέως καὶ κατὰ Πλάτωνα δημιουργοῦ τῶν Θεῶν [2] τοῦτο εἰρηκότος, ἀλλὰ περί τινων Θεῶν τῶν παρ' Ἕλλησι πολλῶν εἶναι νομιζομένων, ὡς ἔστιν ἡμῖν καὶ ἐκ τοῦ Πλάτωνος μανθάνειν, Θεοὶ θεῶν, λέγοντος. [3] τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ πρώτῳ Θεῷ

tificans, impossibilia attribuit, (videlicet) ut qui semel, propterea quod ex materia sunt ab opifice editi, corruptibiles & ipsi sint facti, eos rursum per illum incorruptibiles fore renunciet. Siquidem materiæ virtutem non generatam, atque juxta ipsius opinionem, ejusdem cum opifice temporis & ætatis, obluctari par est voluntati ejus. Nam ei, qui non condidit, nulla est in id, quod conditum non est, potestas. Quapropter fieri nequit, ut vis ei ulla inferatur, quæ extra necessitatem omnem constituta libera sit. Propterea nimirum & ipse *Plato* huc respiciens, sic scripsit: *Necessariò à nobis dicendum, Deo vim inferi non posse.* Quomodo ergo *Homerum* è Republ. sua proscribit *Plato*? quod is in legatione ad *Achillem*, *Phœnicem*, illi hæc dicere fecit:

——*Quin dii flectuntur & ipsi*:
cùm quidem certè *Homerus* non de rege & (secundùm *Platonem*) opifice deorum hoc dici scripserit; sed de diis quibusdam, qui complures apud *Græcos* habiti sunt, sicuti etiam ex *Platone* intelligere est, *Dii deorum*, dicente. Uni namque & principi Deo potestatem

1 αὐτὰς] *Rob. Steph.* legit ἀλύτους.
2 τοῦτο εἰρηκότος] MSS. Reg. 1. 2. τοῦτ' εἰρηκότος.
3 τῷ γὰρ ἑνὶ καὶ πρώτῳ Θεῷ] Alios ut taceam, *Irenæus* noster de Ethnicis universe lib. II. cap. 9. scribit. *Illi creatu-*

ræ

tem atque imperium in deos omnes *Homerus* per auream illam defert catenam: reliquos autem deos tantùm ab illius divinitate abesse censet, ut unà cum hominibus nominandos putet. Nam *Ulyssem* de *Hectore* ad *Achillem* dicentem inducit:

Perfurit immensum, fretus Jove, *nec reveretur*
Mortalesve deosve.

Ubi mihi omnino ipse quoque *Homerus*, sicuti *Plato*, in *Ægypto* de uno Deo edoctus, liquidò & apertè significare videtur; *Qui Deo vero confidat, eum illos, qui nulli sunt, non curare.*

XXIV. Non aliter enim idem Poeta alio loco per locutionem aliam, pronomine, idem, quod à *Platone* usurpatum, significat. Ait enim:

τὴν ἐξουσίαν καὶ τὸ κράτος ἁπάντων Ὁμηρος [1] Ἀφ' ἧς τῆς χρυσῆς ἐκείνης ἀναφέρει σειρᾶς· τοὺς δὲ λοιποὺς θεοὺς [2] τοσοῦτον ἀπέχειν ἔφη τῆς ἐκείνου θεότητος, ὥστε αὐτοὺς καὶ μὴ ἀνθρώπων ὀνομάζειν ἀξιῶν. τὸν γοῦν Ὀδυσσέα κατὰ τοῦ Ἕκτορος φησὶ τὸν Ἀχιλλέα εἰσάγει λέγοντα,

Μαίνεται σκαπτάλως πίσυνος
Διΐ, οὐδέ τι τίει
Ἀνέρας, οὐδὲ θεούς.

Ἐνταῦθά μοι Ὅμηρος δοκεῖ πάντως πού καὶ αὐτὸς, ὥσπερ ὁ Πλάτων, ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν ὡς εἷς θεὸς σαφῶς καὶ φανερῶς τοῦτο ἐμφαίνειν, ὅτι ὁ τῷ ὄντι πεποιθὼς θεῷ, τοὺς μὴ ὄντων ἀμελεῖ.

κδ'. Οὕτω γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ ἀλλαχοῦ πού δι' ἑτέρας λέξεως ἰσοδυναμούσης, [3] τῇ ἀντωνυμίᾳ ταύτῃ τῇ παρὰ Πλάτωνος εἰρημένῃ

---

ræ potiùs quàm Creatori servientes, & his qui non sunt dii, verumtamen primum Deitatis locum attribuunt fabricatori hujus universitatis Deo. GRABE.

1 Ἀφ' ἧς τῆς χρυσῆς ἐκείνης — σειρᾶς] Hæc *Homerus* principio octavi libri Iliadis, *Jovem* cæteris diis dicentem cum minis inducit:

Εἰ δ' ἄγε πειρήσασθε θεοὶ ἵνα εἴδετε πάντες
Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες
&c. PERION.

Porro hanc de aurea *Jovis* catena fabulam, in suis dialogis facete expressit *Lucianus*, apud quem *Mars* sic *Mercurium* alloquitur: Ἡκουσας ὦ Ἑρμῆ οἷα ἠπείλησεν ἡμῖν ὁ Ζεὺς, ὡς ὑπεροπτικῶς καὶ ἀπίθανα; ἢν ἐθελήσω, φησὶν, ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ σειρὰν καθήσω, ἡμεῖς δ' ἢν ὑποκρεμασθέντες καταπαλαῖσαι βιάζεσθέ με, μήτην ποιήσετε· ὁ γὰρ δὲ καταλκύσετε. εἰ δὲ ἐγὼ θελήσαιμι ἀνελκύσαι, οὐ μόνον ὑμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὴν γῆν ἅμα, καὶ τὴν θάλασσαν συναρτήσας μετεωριῶ. &c.

2 τοσοῦτον ἀπέχειν] MSS. Reg. 1. 2. τοσοῦτ' ἀπέχειν.

3 τῇ ἀντωνυμίᾳ] MS. Reg. 2. τοῦ ἀντωνυμίας. Porro pro sequenti ταύτῃ *Langum* legisse αὐτῇ, *eadem*, id est, ut ibidem proxime loquitur, *ἰσοδυναμούσῃ*, monet *Sylburg*.

1 εἰρημένων]

μένη μετοχῇ, κέχρηται, τὸ ὄντως Θεὸν ἀπαγγελλούσῃ, ᾧπερ ὁ Πλάτων ἔφη, τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον. ὁ γὰρ ἁπλῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ τὸ ὑπὸ τῶν Φοίνικος [1] εἰρημένον,

——Οὐδ' εἰ κέν μοι ὑποδείη Θεὸς αὐτὸς,
Γῆρας ἀποῤῥύσας, θήσειν νέον ἡβώοντα.

[3] ἡ γὰρ αὐτὸς ἀντωνυμία τὸ ὄντως ὄντα σημαίνει Θεόν. [2] ἔτω γὰρ καὶ ὁ ᾧπερ τῶν Χαλδαίων ὑμῖν καὶ Ἑβραίων εἰρημένος σημαίνει χρησμός. πυθομένῳ γάρ τινος, τίνας πώποτε θεοσεβεῖς ἄνδρας γεγονέναι σωφέβη, ἔτως εἰρηκέναι αὐτὸν φατέ.

Μοῦνοι Χαλδαῖοι [3] σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένητον ἄναχθα σεβαζόμενοι Θεὸν αὐτόν.

Πῶς οὖν ὁ Πλάτων Ὁμήρῳ μέμφεται, τοὺς Θεοὺς [4] τρεπτοὺς εἶναι λέγοντι, καίτοι Ὁμήρου ἕνεκα τοῦ χρήσιμον τοῦτ' εἰρηκότος, ὡς ἔστι [5] δῆλον ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰρημένων; ἴδιον γὰρ τοῦ διὰ εὐχῆς καὶ θυσιῶν φιλανθρωπίας τυγχάνειν αἰτιώντων, τὸ παύεσθαι καὶ

tum participium, valente, & ipſum verum Deum deſignante, de eo utitur, de quo *Plato* dixit: *quid ſit quod ſemper exiſtit, ortum autem non habet.* Non ſimpliciter certè prolatum mihi à *Phœnice* eſſe videtur:

——— *nec mihi ſi Deus ipſe*
Detracto ſenio juvenis promiſeret annos.

Pronomen namque *ipſius*, ipſiſſimum vere exiſtentem denotat Deum. Sic id etiam illud de *Chaldæis* & *Hebræis* vobis ab oraculo datum reſponſum innuit. Percunctante namque quodam, quinam unquam extiterint verè religioſi homines? ita oraculum reſpondiſſe aitis:

Solus Chaldæus *ſapit &* Judæus Apella,
Per ſeipſum genitum Regemque Deumque cõlentes.

Quomodo ergo *Homerum* reprehendit *Plato*, flexibiles deos eſſe dicentem, & quidem utilitatis gratia hoc ſic dicentem, ſicut ex verbis ipſis patet? Proprium namque eſt eorum, qui votis atque victimis benevolentiam ſibi numinis conciliare ſatagunt, finem peccandi facere,

1 εἰρημένον] Vide ſupra p. not.

2 ἔτω γὰρ καὶ ὁ &c.] Eadem ſupra allegat *Juſtinus* pag. 69.

3 σοφίην λάχον] *Rob. Steph.* σοφίης λάχον, ratione partitionis, altera ſtructura extat etiam ſupra p. 12. 14. ubi & pro pronomine αὐτὸν legi adverbium αὐτῶς, eodem loco adnotatum eſt. SYLB.

4 τρεπτοὺς] MS. Reg. 1. τρεπτούς.

5 δῆλον ἀπ' αὐτῶν τῶν εἰρημένων] Verba *Homeri* ad quæ hoc loco alludit *Juſtinus*, extant Il. ι'. v. 493. ſeqq.

1 τρεπτοὶ]

cere, & de commiſſis delictis agere pœnitentiam. Qui vero divinitatem inflexibilem eſſe putant, nunquam ſibi à peccatis abſtinendum eſſe arbitrantur, nullum ſe ex reſipiſcentia fructum percepturos eſſe exiſtimantes. Quomodo igitur philoſophus *Plato Homerum* poetam, eo quòd,

Quin dii flectuntur & ipſi,

dixerit, condemnavit, cùm ipſe deorum opificem tam facilè mutabilem inducat, ut deos quandoque mortales, quandoque eoſdem ipſos immortales eſſe dicat?

XXV. Atqui hoc ille non tantùm de diis facit, verùm etiam de materia, ex qua deos, quemadmodum ipſe inquit, generatos eſſe neceſſe eſt; aliquando quidem ingenitam, aliquando autem genitam eſſe aſſerens: neque ille ſatis conſiderat, quod *Homero* impingit, eo ſeipſum implicatum teneri crimine, utpote qui deorum opificem ita facilè mutari ſignificet, cùm interim *Homerus* longe diverſum de eo memoret. Facit enim illum de ſeipſo hæc ſic dicentem:

Non fallax noſtrum, non eſt revocabile verbum:

μεταγνώσκειν ἐφ' οἷς ἥμαρτον. οἱ γὰρ ἀνεπιστρεφὲς τὸ θεῖον οἰόμενοι εἶναι, ἀδαμῶς ἀφίστασθαι τῶν ἁμαρτημάτων προήρηνται, ἀδὲν ὄφελος ἐκ τῆς μετανοίας ἔχειν οἰόμενοι. πῶς ἂν Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ καταγνοὺς ὁ φιλόσοφος Πλάτων,

---[1] Στρεπτοὶ δέ τε καὶ θεοὶ αὐτοί,

εἰρηκότα, αὐτὸς τῶν θεῶν δημιουργὸν εἰσάγει ὕτω ῥᾳδίως τρεπόμενον, ὡς [2] ποτὲ μὲν θεοὺς θνητοὺς, ποτὲ δὲ τοὺς αὐτοὺς ἀθανάτους εἶναι λέγειν;

κέ. Καὶ ἀ μόνον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ὕλης, ἀφ' ἧς καὶ τοὺς δημιουργηθέντας θεοὺς, ὡς αὐτός φησι, γενομένης ἀνάγκη, ποτὲ μὲν ἀγέννητον, ποτὲ δὲ γενητὴν εἶναι λέγει, ἀγνοῶν ὅτι οἷς Ὁμήρῳ μεμφεται, τούτοις αὐτὸς περιπίπτων ἐλέγχεται, τὸν τῶν θεῶν δημιουργὸν ὕτω ῥᾳδίως τρέπεσθαι λέγων, καίτοι Ὁμήρου περὶ αὐτοῦ ἐναντία εἰρηκότος. ἔφη [a] γὰρ αὐτὸν ὕτω περὶ ἑαυτοῦ λέγειν·

— Οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,

[a] Il. α'. v. 526. Οὐδ'

1 στρεπτοὶ] MS. Reg. 1. στρεπτοί.

2 ποτὲ μὲν θεοὺς θνητοὺς, ποτὲ &c.] De hac *Platonis* inconſtantia meminit & *Theodoretus* noſter 32. 51. & 43. 53. SYLBURG.

1 ἄκλαυ]

Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ, τι κεν κεφαλῇ καταπεύσω.

Non eſt infectum, capitis quod numine firmo.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν [1] ἄκων, ὡς ἔοικεν, ὁ Πλάτων, τὰς τῶν πολυθεότητα ἀποδεχομένας δεδιὼς, ἀλλόκοτα περὶ Θεῶν διεξιέναι φαίνεται. ὅσα γὰρ ἐκ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν περὶ ἑνὸς Θεοῦ μεμαθηκὼς, εἰπεῖν δεῖν λέγειν, ταῦτα μυστικῶς ὑποφήνας [2] λέγειν, τοῖς θεοσεβεῖν βουλομένοις τὴν ἑαυτοῦ σημαίνων δόξαν. ἀρεσθεὶς γὰρ τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Μωϋσέα εἰρημένῳ, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, καὶ τὴν βραχεῖαν ἅμα καὶ τὸ μετοχῆς εἰρημένην ῥῆσιν, μετὰ πολλῆς θεωρίας δεξάμενος, ἔγνω ὅτι τὴν ἀϊδιότητα αὐτοῦ ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ σημαίνων ἤθελεν, Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν, ἔφη, τὸ ὢν συλλαβῇς [3] ἔχ ἕνα μόνον δηλοῦσης, ἀλλὰ τοὺς τρεῖς, τόν τε παρεληλυθότα, καὶ τὸν ἐνεστῶτα, καὶ τὸν μέλλοντα. ὅτω γὰρ καὶ ὁ Πλάτων τὸ ὢν ἀπὸ τοῦ ποτὲ μένοντος χρόνου, [4] ἐν ᾧ ἀδέποτε λέγων. τὸ γὰρ ἀδέποτε οὐκ ἀπὸ τοῦ παρεληλυθότος, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μέλλοντος εἴρηται χρόνου. τοῦτο γὰρ καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἠκρίβωται.

Enimvero invitum, ut videtur, *Platonem*, plurimorum deorum cultum complexos veritum, aliena iſta de diis protuliſſe apparet. Quæ verò à *Moſe* & prophetis de uno Deo acceperat, cùm proferre oportere arbitraretur, arcanè ſibi ea exponenda eſſe cenſuit, ſententiam ſuam veram religionem conſectantibus inſinuans. Delectatus enim illis verbis Dei *Moſen* alloquentis, *Ego ſum exiſtens ille*, brevitatem orationis prolatæ per participium multum diuque contemplatus, intellexit, Deum æternitatem ſuam *Moſæ* oſtendere volentem, *Ego ſum exiſtens ille*, dixiſſe; unâ ſyllabâ, ὤν, non unum, ſed tria ſignificante atque complente tempora, præteritum, præſens, & futurum. Sic etenim & *Plato*, *Quod exiſtit*, de prolixo uſurpat tempore: *quod nunquam exiſtit*, dicens. *Nunquam* enim non de præterito, ſicut nonnulli putant, ſed de futuro dictum eſt tempore. Nam & ab profanis ſcriptoribus hoc accuratè eſt expenſum.

XXVII. Proinde

1 ἄκων] MSS. Reg. 1. 2. ἰκὼν.

2 λέγειν] Hanc vocem omittit MS. Reg. 1.

3 ἔχ ἕνα μόνον] *Rob. Steph.* ἐκ ἕνα χρόνον, *non idem tempus* quod ſubſtantivum ſequenti etiam verſu ſubaudiendum eſt. SYLBURG.

4 ὃν δὲ ἀδέποτε] MS. Reg. 2. ex emendatione legit, ὃν δὲ ἀδέποτε. Sed fruſtra & contra auctoris mentem.

XXVII. Proinde velut interpretari & exponere ignorantibus, quod arcanis verbis de æternitate Dei per participium prolatum est, volens *Plato*, ita ad verbum scripsit: *Ipse sane Deus, sicuti & vetus verbum est, principium, finem, & medium rerum omnium obtinet.* Hîc *Plato* clarè & apertè *vetus verbum* Mosæ vocat legem: *Mosæ* quidem ille nominis, aconiti metu, mentionem non faciens, cujus doctrinam *Græcis* sciebat planè esse adversam: vetustate autem verbi, *Mosen* manifestò designans. Porro *Mosæ* legem antiquissimam, primamque adeo fuisse, ex *Diodori* quoque & reliquorum historiis satis superque demonstratum est. Primum enim eum omnium legislatorem *Diodorus* fuisse testatur, cum nondum *Græcorum* inventæ essent literæ, quibus illi suas perscripserunt historias. Minimè verò mirum cuiquam videri debet, à *Mose* persua-

κζ. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὥσπερ ἑρμηνεῦσαι τοῖς ἀγνοοῦσι τὸ μυστικῶς περὶ τῆς ἀϊδιότητος τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς μετοχῆς εἰρημένον βυλόμενος ὁ Πλάτων, αὐτὰς λέξεσιν [1] ἅτω [2] γέγραφεν· [2] Ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, [3] ἀρχὴν, καὶ τελευτὴν, καὶ μέσα τῶν πάντων ἔχων. ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων σαφῶς καὶ φανερῶς [4] τὸν παλαιὸν λόγον, Μωϋσέως ὀνομάζει νόμον, οὗ μὲν ὀνόματος Μωϋσέως [5] φόβῳ οὐ κωνεῖ μεμνῆσθαι δεδιώς· ἠπίστατο γὰρ τὸν ἀνδρὸς διδασκαλίαν, ἐχθρὰν Ἑλλήνων οὖσαν· διὰ δὲ τὸν λόγου παλαιότητος, τὸ Μωϋσέα σημαίνει σαφῶς. ὅτι δὲ παλαιὸς καὶ πρῶτος ὁ Μωϋσέως νόμος, καὶ ὅτι τὸν Διόδωρον καὶ τὸν λοιπῶν ἱστορικῶν ἱκανῶς ἡμῖν [6] ἐν τοῖς προτάγμασιν ἀποδέδεικται. πρῶτον γὰρ ἁπάντων νομοθετῶν αὐτὸν Διόδωρος γεγονέναι λέγει, μηδέπω μηδὲ τὸν τοῖς Ἕλλησι διαφερόντων εὑρεθέντων γραμμάτων, οἷς χρώμενοι τὰς ἑαυτῶν γεγράφασιν ἱστορίας. θαυμαζέτω δὲ μηδεὶς, [7] εἰ Μωϋσεῖ πειθεὶς

a *Plat.* de Leg. lib 4.

1 ἅτω γέγραφεν] MS. Reg. 2. γέγραφεν ἅτως.

2 Ὁ μὲν δὴ Θεὸς &c.] Hæc *Platonis* verba extant Dial. IV. de Legibus Tom. II. pag. 715. seq edit. Serrani, allegata quoque ab *Irenæo* lib. III. cap. 45. ubi vide annotata. GRABE.

3 ἀρχὴν] *Plat.* ἀρχὴν σι.

4 τὸν παλαιὸν λόγον, Μωϋσέως ὀνομάζει νόμον] Aliter conjecit *Feuard.* in notis ad dictum *Irenæi* locum. GRABE.

5 φόβῳ οὐ κωνεῖ] Eadem habet *Justinus* supra pag 85. l. 19.

6 ἐν τοῖς προτάγμασιν ἀποδέδεικται] Nimirum supra pag. 61. seqq.

7 εἰ Μωϋσεῖ πειθεὶς &c.] In MS. Reg. 2. alio verborum positu legitur Θεὸς Μωϋσεῖ πειθεὶς, ὁ Πλάτων ἅτω.

1 τὴν

πειθεὶς ὁ Πλάτων περὶ τ ἀϊδιότητ τ θεῦ ὕτω γέγραφεν. εὑρήσεις γὰρ αὐτὸν μυστικῶς μ τ ὄντως ὄντα θεὸν κ τοῖς προφήταις τ ἀληθῆ περὶ τ ὄντων ἀναφερόντα γνῶσιν. ὕτω γὰρ ἐν τῷ Τιμαίῳ περί τινων ἀρχῶν διαλεγόμεν γέγραφε· [1] τλεὼ ἦ πυρὸς ἀρχλῶ, κ τῶν ἄλλων σωμάτων ὑποτιθεμεθα, κατὰ τ μετ ἀνάγκης εἰκότα λόγον προϊόμενοι. τὰς ἢ ἔτι [2] τούτων ἀρχὰς ὁ Θεὸς οἶδεν ἄνωθεν, κ ἀνδρῶν ὃς ἂν ἐκείνῳ φίλ ἦ. ἄνδρας δὲ τίνας ἑτέρως τῷ Θεῷ φίλους εἶναι νομίζει, εἰ μὴ Μωϋσέα κ τοὺς λοιποὺς προφήτας; ὧν τ προφητείαις ἐντυχὼν, κ τ περὶ κρίσεως παρ αὐτῶν μεμαθηκὼς λόγον, ἐν τῷ πρώτῳ τ πολιτείας λόγῳ ὕτω προαναφωνεῖ λέγων· [3] ἐπειδάν τις ἐγγὺς ᾖ τοῦ οἰεσθ τελευτήσειν, εἰσέρχε αὐτῷ φόβ κὴ φροντὶς περὶ ὧν ἐν τῷ

sum *Platonem*, ad hunc modum ista de æternitate Dei scripsisse. Invenies namque eum rectè, secundùm ipsum verè existentem Deum, prophetis veram rerum, quæ existunt, deferre cognitionem. Sic enim in *Timæo* de principiis quibusdam verba faciens, scripsit: *Ignis quidem causam & principium, atque aliorum item corporum ponimus, quam necessitas expressit; verisimilem sequentes rationem. Horum autem insuper causas, & principia Deus, qui sursum est, novit, & qui illi cari sunt, viri.* Quos verò tandem ille alios *Deo caros* esse censet viros, ni *Mosen* & prophetas cæteros? quorum vaticiniis lectis, & doctrinâ de judicio ex eis perceptâ, in primo de Republica libro ad hunc modum promulgat, dicens: *Cùm jam eò quispiam appropinquat, ut se moriturum esset putet, invadit eum de vita sua timor & sollicitudo,*

1 τλεὼ ἦ πυρὸς ἀρχλῶ &c.] *Platonis* ed. ἑωὐτλω ἦ πυρὸς, & sequenti versu ὑποτιθώμεθα, ARCERIUS.

2 τούτων ἀρχὰς ὁ Θεὸς οἶδεν ἄνωθεν] Apud *Platonem* legi, τούτων ἀρχὰς ἄνωθεν, Θεὸς οἶδεν, monet *Arcerius*, ubi ἄνωθεν temporali quoque significatione potest accipi, ut sic: *Sed & horum principia Deus novit ab ipso usque rerum primordio*, seu *à prima rerum origine*. SYLBURG.

3 ἐπειδάν τις ἐγγὺς &c.] Locus hic *Platonis* est in primo libro de Repub. paginâ secundâ. Nec ab iis verbis quæ hic profert *Justinus*, discrepat, nisi quod lin. 23. δὲ scriptum est, & p. 100. l. 1. ἐμπροσθεν, & l. 3. δῆ, & lin. 8. ὡς ἤδη, & lin. 10. ἂν, & l. 13. ἠδίκηκεν, & lin. 14. ὁ μὴ ἂν εὑρίσκων, & l. 24. ἡδέα non γλυκέα & lin. 26. ὡς Πινδάρος, & lin 31. ἀπείλησα, quæ idem significant. γνώμαν autem lin. 34 in *Platone* scribendum est, quoniam *Dorice* scripsit *Pindarus*. Cæterum in quatuor *Pindari* ludis, sive libris qui extant, non sunt ea, quæ hic *Plato* profert. PERIONIUS.

citudo, quæ antea non ſubiit. Quæ namque de inferis feruntur fabulæ, quòd de flagitiis hîc patratis pœnas ibi pendere oporteat, in riſum priùs veniæ, tum anxiè ejus, ne ad rem conferatur & veræ ſint, verſant animum. Atque ille, ſive propter ſenectutis infirmitatem, ſeu propter eorum, quæ iſtic ſunt propinquitatem, magis ea perſpicit ſuſpicionis inde, & timoris plenus fit: ſecumque jam reputat & conſiderat, num quempiam aliquâ affecerit injuriâ. Atque ita, qui multa ſe in vitâ improbè commiſiſſe invenit, & è ſomno, perinde atque pueri ſolent, identidem evigilat, meticuloſuſque eſt, & cum ſpe mala vivit: Cui verò nullius ſibi conſcia mens eſt injuriæ, ſpes uſque & uſque adeſt ſuavis, ſeniique altrix bona; quemadmodum & Pindarus ait. Perſcitè namque ille, o Socrates, dixit: Qui ſanctè juſteque vitam peragat, dulcem omnino ſenectutis altricem, cum eo cor illius blandè exhilarantem ſpem conſueſcere, quæ maximè verſatilem mortalium mentem gubernat. Hæc in primo de Republica ſcribit libro. In decimo autem liquidò & apertè, quæ de judicio à prophetis di-

ταῦτα πρόθεν οὐκ εἰσήγει. οἱ τε γὰρ λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν ἐν ᾅδου, ὡς τὰ ἐνθάδε ἀδικήσαντα δέοι ἐκεῖ διδόναι δίκας, καταγελῶμενοι πέρας, τότε δὴ φρέσιν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ, μὴ ἀληθεῖς ὦσι. καὶ αὐτὸς ἤτοι ὑπὸ τοῦ γήρως ἀσθενείας, ἢ καὶ ὥσπερ ἐγγυτέρω ὢν τῶν ἐκεῖ, μᾶλλον καθορᾷ αὐτά. ὑπονοίας γοῦν καὶ δείματος μεστὸς γενόμενος, καὶ ἀναλογιζόμενος ἤδη, καὶ σκοπῶν εἴ τινά τι ἠδίκησεν. ὁ μέν γε τις εὑρίσκων ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ πολλὰ ἀδικήματα, καὶ ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν τῷ ὕπνῳ, θαμὰ ἐγειρόμενος, δειμαίνει, καὶ ζῇ μετὰ κακῆς τῆς ἐλπίδος. τῷ δὲ μηδὲν ἄδικον ἑαυτῷ ξυνειδότι, γλυκεῖα ἐλπὶς ἀεὶ πάρεστι, καὶ ἀγήρως γηροτρόφος, ὥσπερ καὶ Πίνδαρος λέγει. χαριέντως γάρ τοι, ὦ Σώκρατες, τοῦτ' ἐκεῖνος εἶπεν, ὅτι ὃς ἂν ὁσίως καὶ δικαίως τὸν βίον διαγάγῃ, γλυκεῖά οἱ καρδίαν ἀπαλλάσσει γηροτρόφος ξυναορεῖ ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ. καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς πολιτείας γέγραφε λόγῳ. ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ σαφῶς δὲ φανερῶς, ἃ παρὰ τῶν προφητῶν περὶ κρίσεως μεμάθηκε,

ταῦτα

1 τοῦτ' ἐκεῖνος] MS. Reg 2 τοῦτο ἐκεῖνος.

2 ἀπαλλάσσει] Ex emendatione MS. Reg. 1. ἀπαλλάσσοι.

1 ἐφι

ταῦτα ἐχ ὥσπερ παρ' αὐτῶν μεμαθηκὼς λέγει τὸ πρὸς Ἕλληνας δέος, ἀλλ' ὡς φόβητρόν τινα, ὡς αὐτῷ πλάττειν ἐδόκει, ἐν πολέμῳ ἀναιρεθέντος, καὶ δωδεκάτῃ μέλλοντος θάπτεσθαι, καὶ ὑπὲρ τὴν πυρᾶς κειμένου, ἀναβιώσαντός τε καὶ τὰ ἐκεῖ διηγουμένου ἀκηκοὼς, αὐτὰς λέξεσιν ὕστερον γέγραφεν· Ἔφη γάρ δή παρακαλεσθέντα ἐρωτωμένῳ ἑτέρῳ ὑπὸ ἑτέρου, ὅπου εἴη Ἀριδαῖος ὁ μέγας. ὁ δ' Ἀριδαῖος οὗτος, τῆς Παμφυλίας ἔν τινι πόλει τύραννος ἐγεγόνει, γέροντα πατέρα ἀποκτείνας, καὶ πρεσβύτερον ἀδελφόν, καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ καὶ ἀνόσια ἐργασάμενος, ὡς ἐλέγετο. ἔφη γοῦν τὸν ἐρωτώμενον εἰπεῖν, ἥκει, φάναι, ὐδὲ ἂν ἥξει δεῦρο. ἐθεασάμεθα γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τῶν δεινῶν θεαμάτων, ὅτε δὴ ἐγγὺς ἦν σωμάτων ἡμῶν, μέλλοντες ἀνιέναι, καὶ τἆλλα πάντα πεπονθότες, ἐκεῖνόν τε κατείδομεν ἐξαίφνης, καὶ

dicerat, ea non tanquam ab illis accepta, ob *Græcorum* metum, ſed â quodam, ſicuti ei fingere placitum fuit, qui in bello cæſus, cùm duodecimo humari deberet die, in rogum poſitus revixit, reſque apud inferos viſas expoſuit, audita verbis hujuſmodi ita commemorat: *Dixit enim* (Erus) *affuiſſe ſe alteri ab altero interrogato, ubinam eſſet* Aridæus *ille magnus.* Aridæus *autem iſte in civitate quadam* Pamphyliæ *tyrannus fuerat, qui patrem ſenem & fratrem ſe majorem occiderat, multaque præterea impia facinora patraverat, uti ferebatur. Ait ergo, interrogatum illum reſpondiſſe: Non venit, neque huc veniet. Conſpeximus verò inter dira ſpectacula & iſtud, cùm oſtio inde redituri appropinquaremus, reliqua omnia jam perpeſſi: derepentè ſiquidem & illum, & alios prope*

1 ἔφη γὰρ δὴ παρακαλεσθέντα] Locus hic eſt in decimo libro fere extremo de Republica. Quæ autem mutata ſunt, ſic habent. Apud *Platonem* ſcriptum eſt Ἀρδαῖος ſemper: illic hæc ſunt quæ hic deſiderantur ἤδη γάλεσον ἴτω εἰς ἐκεῖνον τὸν χρόνον. poſt hoc verbum ἐγγύνει, & hæc duo, ὅτε ἀναβαίνοιεν hic ſunt, poſt hoc verbum εἱμυκήσατο τὸ σῶμα, quæ in *Platone* deſunt. Eſt etiam illic χωδόν τι αὐτῶν. Ego σὺν abeſſe puto ut intelligamus, unà cum *Aridæo* plurimos tyrannos eodem affectos eſſe ſupplicio. In *Juſtino* etiam hæc verba deſunt, τοῦτο ὑπομφῆσαι, poſt hæc ἂν ἐπιχώ τι. Alia etiam quædam, quæ leviora ſunt, diverſa reperiuntur. PERIONIUS. Sed quæ hîc abeſſe notat *Perionius* ſuæ *Juſtini* editioni ex *Platone* inſeruit *Sylburgius*; nos autem *Rob. Steph.* per omnia ſequentes, cum illo ſimul in textu omiſimus, ſatis ducentes hoc in notis monuiſſe.

2 ἥξει δεῦρο] MSS.Reg.1.2. ἥξειν δεῦρο.

1 ἐπι-

prope eum plurimos tyrannos agnovimus. Erant ibi & privati quidam, qui gravia commiserant scelera, quos, se jam reversuros esse opinantes, ostium non admittebat; sed rugiens reboabat, cùm quis eorum, quorum insanabilis esset malitia, neque dum sufficientes dedissent pœnas, redire contenderet. Ibi viri feroces, aspectu truces & ignei apparentes, ubi mugitum audivere, cæteros quidem segregatos abduxerunt: Aridæum *verò & alios, manibus pedibusque & item capite obligatos, humique abjectos atque excoriatos, juxta viam foras protraxerunt, super aspalathis & sentibus torquentes & dilaniantes, atque eis, qui aderant, quorum facinorum causâ hæc illi paterentur, promulgantes. Et cum multifariam omnisque generis timorem ibi eis oblatum fuisse, tum illum omnium esse summum affirmavit, si revertentibus ostium remugiat: sicuti contra gratissimum cuique sit, silente illo inde evadere, & pœnas quidem atque supplicia ejuscemodi quædam ibi esse; atque item præmia quæ illis omnino respondèrent.* Hic mihi videtur non

ἄλλως χεδόν τι αὐτῷ τὲς πολέ-
σως τυράννως. ἦσαν γ' ἂν ἰδιώ-
ται τινες τ μεγάλα ἡμαρτηκό-
των, ὃς οἰομένως ἤδη ἀναβήσε-
σθαι, οὐκ ἐδέχετο τὸ σόμιον,
ἀλλὰ ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τ ἄ-
τως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονη-
ρίαν, εἰ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δί-
κλω, [1] ἀπιχειροίη ἀνιέναι. ἐν-
ταῦθα ἄνδρες ἄγριοι, λάπυ-
ροι ἰδεῖν, παρεσῶτες, καὶ κατα-
μανθάνοντες τὸ φθέγμα, τὲς
μὲν λαλαβόντες ἦγον· τ δὲ
Ἀριδαῖον καὶ ἄλλως, συμποδίσαν-
τες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφα-
λὴν, καταβαλόντες καὶ σκολεύ-
σαντες, εἵλκον ἔξω πρὸ τῆς ὁδὸν
ἐκτὸς, ἐπ' ἀσπαλάθων [2] γναμ-
πτοντες, καὶ τοῖς παροῦσι σημαί-
νοντες ὧν ἕνεκά τε, καὶ ὅτι εἰς τ
πόρταρον ἐμπεσόμενοι ἄγοιντο.
ἔνθα δὴ φόβων ἔφη πολλῶν καὶ
παντοδαπῶν σφίσι γεγονότων,
τοῦτον ὑπερβάλλειν εἰ μυκήσαιτο
τὸ σόμιον ὅτε [4] ἀναβαίνοιεν, ὡς
καὶ ἀσμενέστατον ἕκαστον σιγήσαν-
τος ἀναβῆναι. καὶ τὰς μὲν δί-
κας τε τιμωρίας τοιαύτας τι-
νὰς εἶναι, καὶ αὐτὰς εὐεργεσίας
ταύταις ἀντιστρόφως. ἐνταῦθα
μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων οὐ μόνον

1 τ

1 ἐπιχειροίη] MS. Reg. ἐπιχειροῖ.
2 γναμπτοντες] MSS. 1. 2. γνάπτοντες.
3 ἕνεκά τε] MS. Reg. 2. ἕνεκά γε.
4 ἀναβαίνοιεν] MSS. Reg. 1. 2. ἀναβαίνοι.

1 τ

[1] τ῏ περὶ κρίσεως ᾠδὰς τ῏ προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τ῏ περὶ τ῏ ἀναστάσεως παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως. τὸ γὰρ μετὰ σώματος κρίνεσθαι τῇ ψυχῇ φῆσαι, ἄδηλον ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι τῷ περὶ τ῏ ἀναστάσεως διαβεβαίωσε λόγῳ· ἐπεὶ πῶς Ἀριδαῖος καὶ οἱ λοιποὶ τὸ ἔχον σῶμα κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ δέρμα ὑπὲρ γῆς καταλιπόντες, τοιαύτην ὑπεῖχον ἐν ᾅδου τιμωρίαν; ἢ γὰρ δὴ που τῇ ψυχῇ κεφαλὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας καὶ δέρμα ἔχειν φήσουσιν. ἀλλ' ἐν Αἰγύπτῳ τ῏ τ῏ προφητῶν ἐντυχὼν μαρτυρίαις ὁ Πλάτων, καὶ τῇ περὶ τ῏ σώματος ἀναστάσεως δεξάμενος διδασκαλίαν, μετὰ σώματος τῇ ψυχῇ κρίνεσθαι διδάσκει.

κη'. Καὶ ἔχ ὁ Πλάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ Ὁμηρος, ὁμοίως [2] καὶ αὐτὸς ἐν Αἰγύπτῳ, μαθὼν τ῏ [3] Τιτυὸν ὁμοίως τιμωρεῖσθαι ἔφη. ἔστω γὰρ ἐν τῇ νεκυομαντείᾳ Ὀδυσσεὺς τῷ Ἀλκινόῳ διηγεῖσθαι ἔφη·

Καὶ [4] Τιτυὸν [5] εἶδον γαίης
[6] ἐριτυδέα υἱόν,

tantùm de judicio à prophetis, verùm etiam de resurrectione, quam *Græci* non credunt, accepisse doctrinam. Cùm enim animam simul cum corpore judicari dicit, nihil ille aliud significat, quàm fidem se adhibere ei, quæ de resurrectione est, institutioni. Quomodo namque *Aridæus* & reliqui, si corpus, caput, & manus, & pedes, & pellem habens in terris reliquissent, tantum apud inferos sustinerent supplicium? haudquaquam certè animas caput, manus, pedes, & pellem habere dicent. Sed enim *Plato* in *Ægypto*, postquàm in prophetarum incidit testimonia, doctrinâ quoque de resurrectione corporis susceptâ, cum corpore simul animam judicari docet.

XXVIII. Nec *Plato* id solùm, sed etiam *Homerus*, eodem & ipse in *Ægypto* edoctus modo, *Tityum* itidem excruciari dicit. Ita enim in *Necyomantia* apud *Alcinoum Ulysses* commemorat:

Nec non & Tityum terræ
omniparentis alumnum
Cernere

Junonis metuens iram, eam in terra occultavit: unde erumpens giganteus infans, *Terræ filius* dicitur.

1 τ῏ περὶ κρίσεως παρὰ] MS. Reg. 2. τ῏ περὶ κρίσεως λόγον παρὰ &c.

2 καὶ αὐτὸς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ αὐτός.] MS. Reg. 2. ἐν Αἰγύπτῳ καὶ αὐτός.

3 Τιτυὸν] Gigantem, quem ex *Elara* genuit *Jupiter*. Dicitur ab *Homero*, γαίης υἱός, & à Virgilio, *Terræ alumnus*, non quasi è terra creatus, uti hunc locum interpretatus est *Langus*; sed quia postquam matrem ejus vitiasset *Jupiter*,

4 Τιτυὸν εἶδον] Versus hi extant Od. λ'. v. 515. *Virgilii* autem, ad exemplum *Perionii*, usus sum versione, utpote qui in Æn. 6. hunc locum suprà posito versu optimè expressit.

5 εἶδον] MS. Reg. 1. ἴδον.

6 ἐριτυδέα] *Homeri* ed. vulg. habet ἐρι

Cernere erat: per tota novem qui jugera corpus
Porrigitur; rostroque immanis vultur adunco
Immortale jecur tundens.—

Non animam videlicet, sed corpus ille hepar habere ostendit. Eodem quippe modo & *Sisyphum* & *Tantalum* corpore supplicium sufferre scripsit. Quod autem *Homerus* in *Ægypto* fuerit, & multa, quæ ibi didicerat, in poesin suam transtulerit, abundè nos docet *Diodorus*, historicorum præclarissimus. Nam eum dicit, cùm in *Ægypto* esset, audivisse, *Helenam* nepenthes, nihil de bili atra habens, malorumque oblivionem inducens pharmacum, à *Theonis* conjuge *Polydamna* acceptum, *Spartam* secum attulisse: ejusque medicamenti tempera-

Κείμενον ἐν δαπέδῳ, ὁ δ' ἐπ' ὤμοιν κεῖτο πέλεθρα·
Γύπε δέ μιν ἑκάτερθε παρημένω ἤπαρ ἔκειρον.

ἦπαρ γὰρ ἐν τῷ ψυχῇ, ἀλλὰ τὸ σῶμα ἔχειν δηλοῖ. τ αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ Σίσυφον καὶ Τάνταλον μετὰ σώματος τὴν τιμωρίαν ὑπέχειν γέγραφεν. ὅτι δὲ Ὅμηρος ἐν Αἰγύπτῳ γέγονε, καὶ πολλὰ ὧν ἐκεῖ μεμάθηκεν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ μετήνεγκε ποίησιν, ἱκανῶς διδάσκει ἡμᾶς Διόδωρος, ὁ τῶν ἱστορικῶν εὐδοξότατος. ἔφη γὰρ αὐτὸν ἐν Αἰγύπτῳ γενόμενον μεμαθηκέναι, ὅτι τὸ νηπενθὲς ἄχολόν τε καὶ κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων φάρμακον ἡ Ἑλένη λαβοῦσα παρὰ Θέωνος γυναικὸς Πολυδάμνας, εἰς τὴν Σπάρτην ἐκόμισε· καὶ κεῖνο τῷ φαρμάκῳ

ἑλικυδὲς, ut ad terram referatur. In plerisque *Virgilianis* codicibus vitiose legitur *nomen*, pro *novem*, in secundo versu. Est enim apud *Homerum* scriptum ἐννέα. PERIONIUS.

1 ἔκειρον] Ed. vulg. *Homeri* legit ἔκειραν.

2 Σίσυφον καὶ Τάνταλον] Eodem in libro, tertio fere versu post, de *Tantali* supplicio; inde sexto fere post, de *Sisyphi* disserit. *Tantalum* in stagno scribit stare, sitique enectum bibere non posse, propterea quòd quotiescunque senex se deprimit, atque inflectit ut bibat, toties aqua evanescit, terraque atra ejus pedes circumdare videtur, & cum poma colligere studet, quæ ex arboribus decidunt, tum ea à ventis pelluntur. *Sisyphum* autem utroque humero saxum ingens sustinere, interdumque cum pedibus manibusque sustinet, pellitque sursum, tum antequam summum superet, in eum saxum vi sua recidere, ac reverti. PERIONIUS.

3 Διόδωρος] *Diodori* locus extat lib. 4. PERIONIUS.

4 ἄχολόν τι] Supra vocem ἄχολον, in MS. Reg. 2. quasi ex emendatione legitur ἄλυπον τι.

5 Θέωνος] MS. Reg. 1. 2. legunt Θῶνος.

6 κεῖνο τῷ φαρμάκῳ ἔφη Ὅμηρος &c.] Hoc *Homerus* ait, loco citato. Scribit

μάχῳ ἔφη Ομηρος χρησαμένῳ τῷ Ελένῳ, παῦσαι τὸ ἐν τῇ παρουσίᾳ Τηλεμάχῳ ὠδῆς Μενελάου γενόμενον θρηνῶν. καὶ [1] χρυσῆν τὴν Αφροδίτην ὠνόμασεν ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας. ἔγνω γὰρ καὶ τέμενος χρυσῆς [2] Αφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ λεγόμενον, καὶ πεδίον χρυσῆς Αφροδίτης ὀνομαζόμενον.

κθ'. Καὶ δὴ χάριν τούτου γέγονε μνήμη νυνί; [3] ἵνα δείξωμεν, τὰ ποιητῶν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς θείας τῶν σοφῶν ἱστορίας πολλὰ εἰς τὸν ἑαυτοῦ μεταβαλόντα πόημα· καὶ πρῶτον τῆς κοσμοποιΐας ὑπὸ Μωϋσῆ

turâ, eandem *Homerus* ait luctum à *Menelao* in præsentia *Telemachi* excitatum sopivisse. *Auream* quoque *Venerem* Homerus dixit, *Ægypto* peragratâ atque perspectâ. Cognovit enim & lucum *Veneris* aureæ ibi appellatum, & aureæ *Veneris* campum.

XXIX. Cujus autem rei gratiâ hæc modò illata est mentio? ut ostendamus, permulta esse à Poetâ ex divinis quoque Prophetarum libris in opus suum relata: ac primum conditi mundi à *Mose* operi suo

Scribit enim, cum *Pisistratus Nestoris* filius, & *Telemachus Ulyssis*, quem domi paternæ recens natum *Menelaus* reliquisset, ad illum hospites venissent, iique recepti, incogniti tamen, magnificentiam Regiæ in mensa admirarentur, ac tum denique *Menelaus* quinam essent, rogaret *Telemachum*, primò in aurem *Pisistrato* de ædium magnificentia loqui cœpisse, ita tamen ut *Menelaus* exaudiret, deinde *Menelaum* illo *Telemachi* sermone ductum, suos omnes casus commemorasse, ob quorum tamen nullum tanto dolore confectum se esse dixerit, quanto *Ulyssis* unius causâ qui abesset, & de quo ita laboraret, ut perpetuo mœrore ejus causa excruciaretur, quod nesciret viveretne, an mortuus esset ipse, qui unus ex *Græcis* omnibus plurima pertulisset. *Helena* autem, quæ hæc sæpe *Menelaum* commemorantem audivisset, in altero convivio remedium infudit in vinum, ex quo bibentes convivæ ita præterita mala & casus oblivione obruerunt, ut ipsa *Trojæ* excidium narrante, nihil ex eo doloris perceperint. PERIONIUS.

1 χρυσῆν δὲ Αφροδίτην] Ab *Ægyptiis Aureæ* epitheton sumpsisse *Homerum* dicit *Justinus*, quodque ex *Diodori* historia lib. 1. satis patet, ibi enim legimus: Τήν τε Αφροδίτην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις χρυσῆν, ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως· ἔτι πεδίον εἶναι καλούμενον Χρυσῆς Αφροδίτης παρὰ τὴν ὀνομαζομένην Μώ. Porro post *Homerum Virgilius* etiam Æn. 10. v. 16. *Venerem auream* appellavit,

—— *at non* Venus *aurea contra*

Pauca refert. &c.

2 Αφροδίτης] MS. Reg. 2. *Αφροδίτη.*

3 ἵνα δείξωμεν, τὰ ποιητῶν καὶ τὰ ἀπὸ &c.] Similiter & *Clemens*, qui in Strom. lib. V. fusius hoc argumentum prosequitur, scribit: Αλλὰ καὶ οἱ παρὰ τούτων τὰ σοφῶν τῶν θεολογίαν διδάσκοντες ποιηταὶ, δι' ὑπονοίας πολλὰ φιλοσοφοῦσι· τὰ Ορφέα λέγω, τὰ Λίνου, τὰ Μουσαίου, τὰ Ομήρου καὶ Ησιόδου, καὶ τῶν ζώντων σοφῶν. &c.

ſuo præmiſſum initium. Nam *Moſes* ita ſcripſit: *In principio Deus fecit cœlum & terram: deinde ſolem & lunam & ſtellas.* Hæc ſane ille in *Ægypto* didicit, & ſcriptis ejuſmodi in creatione mundi delectatus, ut *Vulcanus* in *Achillis* clypeo, veluti imaginem quandam mundi creationis exprimeret, inſtituit: Sic enim ſcripſit:

Hic cœlum effinxit, terram, pelagusque profundum,
Et ſolem indefeſſum, & pleno ſidere lunam,
Aſtraque, queis magni diſtincta eſt regia cœli.

Deinde verò, ut paradiſi effigiem *Alcinoi* horti conſervarent, fecit illum ſemper florentem & frugum ubertate ſcatentem, per imaginem proponens, atque ita canens:

Fructus proveniunt ampli felicibus hortis,

σέως τὴν εἰρημένην ἀρχήν. ὕτω γὰρ Μωϋσῆς γέγραφεν· Ἐν ἀρ-
χῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ
τὴν γῆν, εἶτα ἥλιον καὶ σελήνην
καὶ ἀστέρας. ταῦτα γὰρ ἐν Αἰγύ-
πτῳ μαθὼν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐ-
τὸν ἐν τῇ τοῦ κόσμου γενέσει γρα-
φεῖσιν ἀρεσθεὶς, ἐν τῇ τοῦ Ἀχιλ-
λέως ἀσπίδι τὸ Ἡφαιστον, ὥσπερ
εἰκόνα τινὰ τῆς κοσμοποιΐας [1] κα-
τασκευάσαι παρεσκεύασεν· ὕτω
γὰρ γέγραφεν,

[2] Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξε, ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ θάλασσαν,
Ἠελίου τ' ἀκάμαντα, σελήνην τε πλήθουσαν,

[3] Ἐν δέ τε τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστεφάνωται.

Καὶ τὴν τῶν Φαιάκων εἰκόνα τὸν Αλ-
κινόου κῆπον σώζειν πεποίηκεν, ἀει-
θαλῆ τε αὐτὸν καὶ καρπῶν πλήρη
λέγει τὸ εἰκόνος ἐπιδεικνύς· ὕτω
γὰρ γέγραφεν,

[4] Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ πε-
φύκει τηλεθόωντα,

[1] Οχναι

1 κατασκευάσαι παρεσκεύασεν &c.] *Rob. Steph.* κατασκευάσασθαι, ὕτω γέγραφεν.

2 Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξε] Hi verſus ſumpti ſunt ex decimo octavo libro Iliadis. *Virgilius* octavo *Æneidis* extremo clypei effictionem imitatus eſt: ſed in eo à *Vulcano* efficta & quaſi inſculpta eſſe dicit, non cœlum, & cætera, quæ *Homerus* commemorat, ſed bella, & prælia, quæ *Romani* poſtea geſſerunt. Apud *Homerum*, *Tethys Ulyſſi* clypeum tradit, apud *Virgilium Æneæ Venus*. PERIONIUS.

3 Ἐν δέ τε] *Homeri* ed. vulg. habet Ἐν δὲ τὰ *Arcerius*. Mihi *Juſtini* lectio magis probatur, præſertim cum eadem ſit apud *Clementem* quoque pag. 255. lin. 21. SYLLBURG.

4 Ἔνθα δὲ δένδρεα μακρὰ &c.] Verſus hi ſumpti ſunt ex ſeptimo libro Odyſſeæ *Homeri*. Verſus qui hic quintus eſt, corrigi debet in vulgatis exemplaribus. Eſt enim in extremo verſu ſcriptum

[1] Οχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι πληθόωσαι.
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἀπολείπει
Χείματος οὐδὲ [2] θέρευς ἐπετήσιος, ἀλλ' [3] ἀεὶ αὔρη
Ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἀλλὰ δὲ πέσσει.
Οχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ·
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
Ἔνθα δέ οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐρρίζωται·
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λοῦρῳ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ, ἑτέρας δ' ἄρα τε τρυγόωσιν,
Ἄλλας δὲ πραπέδοισι, πίροι δέ τ' ὄμφακές εἰσιν,
Ἄνθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑπερκάζονται.

Punicis malum granis, pira, mitia poma,
Et gravidæ ficus, & baccæ pinguis olivæ.
Non hæc deſtituunt fœtus arbuſta ſuaves
Æſtate aut brumâ: ſic fertilis aura Favoni
Fert florem, atque unà producit in arbore pomum.
Namque ſuperfœtantque piris pira, malaque malis,
Ficubus & ficus, & baccæ bacca perennis:
Conſita quinetiam centenâ vinea fruge.
Hic uvas latè ſub Phœbo torret aprico,
Illic maturas vindemiat, udus eaſdem
(Vindemians illic alias decerpit: at illas)
Parte aliâ calcat: gemmas ibi florida trudit,
Iſtic producit matura ad tempora botros.

Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐμφανέσιν καὶ [28] σαφῆ μίμησιν τοῦ τοῦ πρώτου θεσπίτου Μωϋσέως θεῖα παραδείσου λεχθέντων δηλοῖ;

Carmina hæc annon claram & apertam à principe propheta *Moſe* de paradiſo dictorum verborum referunt imitationem?

λ'. Εἰ δέ τις καὶ εἰς τὸν

XXX. Quod ſi quis ad ſtructuram

ſcriptum ἀλλὰ μαλ' ἀεὶ cum ex *Juſtino* ſcribendum ſit, ἀλλ' ἀεὶ αὔρη, id eſt, *ſemper & aura.* Sequitur enim Ζεφυρίη πνείουσα, id eſt *Zephyria aſpirans.* PERIONIUS.

1 Οχναι] *Homeri* ed. ὄγχναι itidemque paulo infra. *Heſychius* utramque

ſcriptionem agnoſcit, & cum γ ſcilicet & ſine γ. SYLBURG. Sed ambo MSS. Reg. γ agnoſcunt.

2 θέρευς] Ed. *Homeri* θέρους. *Ionico & Dorico* more. ARCERIUS.

3 ἀεὶ] MSS. Reg. 1. 2. legunt ἀεί.

cturam etiam turris oculos convertat, per quam ſe ætatis ejus homines aſcenſum in cœlum ſibi parare poſſe putaverunt, inveniet & hujus per allegoriam locupletem æmulationem, à Poeta in *Oto* & *Ephialte* expreſſam. Ad hunc namque ille modum de eis memorat:

Qui bello conferre pedem cœleſtibus oris,
Ipſis cum divis auſu voluere minaci.
Suntque adeò conati Oſſam *ſuperaddere* Olympo,
Pelion *atque* Oſſæ, *aſcenſum ſibi ad aſtra parantes.*

Conſimiliter porro & de generis humani hoſte è cœlo dejecto, quem *diabolum* divinæ vocant Scripturæ, à prima ſua adverſus hominem calumnia & criminatione, appellatione hujuſmodi illi impoſita: ſi quis accuratiùs rem

πύργου ποίησιν ἀφορᾶν ἐθέλοι, δι' ἧς οἱ τὸ τηνικαῦτα ἄνδρες τὴν εἰς οὐρανὸν ἄνοδον [1] δικαίως κατασκευάζειν ἑαυτοῖς ᾠοντο, εὑρήσει καὶ [2] ταύτην ἱκανὴν δι' ἀλληγορίας μίμησιν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Ἀλώ τε ὼτος καὶ Ἐφιάλτου γινομένην. ὅτω γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς περὶ αὐτῶν [a] ἔφη,

Οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ
φυλόπιδα στήσην πολυαίικα πολέμοιο.
Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Ὁμοίως γὴ καὶ περὶ τοῦ ἀπ' οὐρανῶν κατενεχθέντος ἐχθροῦ τῆς ἀνθρωπότητος, [3] ὃν Διάβολον αἱ θεῖαι γραφαὶ καλοῦσιν, [4] ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον διαβολῆς, ταύτης τὴν προσηγορίας τυχόντα· καὶ εἴ τις ἀκριβῶς σκοπεῖν

a Od. λ'. v. 311.

1 δικαίως κατασκευάζειν] MS. Reg. 2. alia verborum poſitione legit, ἑαυτοῖς ᾠοντο δικαίως.

2 ταύτην ἱκανὴν] Ταύτης, nempe ποιήσεως καὶ πύργου, cum *Lango* interprete omnino legendum. GRABE.

3 ὃν Διάβολον αἱ θεῖαι γραφαὶ καλοῦσιν] Quas Scripturas hic intellexerit, judicavit S. martyr in dialogo cum *Tryphone* pag. 331. de Principe dæmonum dicens: Ἐν δὲ τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Ζαχαρίᾳ ὁ Διάβολος κέκληται. *In* Jobo *autem & Zacharia Diabolus vocatur.* Ipſe verò *Zachariæ*, & in libro *Jobi* poſita verba paulo antè *Tryphoni* recitavit pag. 306.

4 ἀπὸ τῆς πρώτης αὐτοῦ τὸν πρὸς ἄνθρωπον Διαβολῆς] Diaboli Etymon ſimiliter exprimit etiam *Theophylactus*, commentario ad *Matth.* cap. 4. pag. 15. Διάβολον λέγεται ὡς Διαβολὴν τὴν Θεὸν πρὸς τὸν Ἀδὰμ· εἶπε γὰρ αὐτῷ ὅτι, ὁ Θεὸς φθονεῖ ὑμῖν· καὶ πῶς δὲ τὴν ἀριστὴν Διαβάλλει πρὸς ἡμᾶς. HOESCHELIUS.

1 ὥστε

σκοπεῖν ἐθέλοι, εὕροι ἂν τ̃ ποιητὴν μὲν Διαβόλου ὀνόματος ἀδαμῶς μεμνημένον, ἐκ δὲ τ̃ κακίσης αὐτοῦ πράξεως τὴν ὀνομασίαν πεποιημένον· Ἄτην γοῦν αὐτὸν ὁ ποιητὴς ὀνομάζων ἀπὸ τ̃ κατ' αὐτὸν Θεὸν καθηρῆσθαι αὐτὸν ἐκ τ̃ οὐρανοῦ λέγει, [1] ὥσπερ ἀκριβῶς τ̃ [2] ἀπὸ Ησαΐου τ̃ προφήτου περὶ αὐτοῦ εἰρημένων μεμνημένος ῥητῶν, ὅτως ἐν τῇ ἑαυτοῦ ποιήσει [a] γέγραφεν,

Αὐτίκα δ' εἰλ' Ἄτην κεφαλῆς λιπαροπλοκάμοιο
Χωόμενος φρεσὶν ἧσι, καὶ ὤμοσε καρτερὸν ὅρκον,
Μήποτ' ἐς Οὔλυμπόν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Αὖτις ἐλεύσεσθαι Ἄτην, ἣ πάντας ἀάται.
Ὡς εἰπὼν, ἔρριψεν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Χειρὶ παλιντρόπῳ· τάχα δ' ἵκετο ἔργ' ἀνθρώπων.

λα'. Καὶ [3] Πλάτων ἡ μὴ τ̃ Θεὸν καὶ τὴν ὕλην, τὸ εἶδος τρίτην τὴν ἀρχὴν εἶναι λέγων, οὐκ ἄλλοθέν πόθεν, ἀλλὰ πάνυ γε Μωϋσέως

speculari velit, comperiet quidem Poetam diaboli nomen non usurpare, sed ex actionibus ejus pessimis cognominationem illam aptam accommodare. *Aten* enim Poeta illum appellans, è cœlo, ab eo, qui opinione eorum est, Deo, deturbatum esse, ait: perinde atque verborum ab *Esaia* vate de illo dictorum probè meminisset. Nam ita in Poemate suo scribit:

Arripit iratus crinito vertice Noxam,
Et jusjurandum verbis solennibus addit:
Stellantes nunquam venturam postea ad oras
Noxam, *quæ soleat cunctis simul una nocere.*
Dixit, & involvens dextrâ dejecit Olympo:
Illa cadens mox tellurem pervenit ad imam.

XXXI. Quin & *Platonem*, secundum Deum & Materiam, tertium principium Ideam seu Formam esse dicentem, non aliunde, quàm à *Mose* sententiæ

a Il. τ'. v. 126.

1 ὥσπερ ἀκριβῶς τῶν ἀπὸ Ησαΐου τ̃ προφήτου περὶ αὐτοῦ εἰρημένων μεμνημένος] Nota quod *Homerum Esaia* Propheta juniorem supponat *Justinus*; rectè verò necne, hujus loci haud est disquirere. GRABE.

2 ἀπὸ Ησαΐου] Significat id quod ab *Esaia* scriptum est, cap. decimo quarto. *Quomodo cecidisti de cælo* Lucifer &c. ut etiam Ecclesia intelligit, cum tamen de *Nebuchodonosore* dici intelligique tantum nonnulli velint. PERIONIUS.

3 Πλάτων δὲ μετὰ τ̃ Θεὸν καὶ τὴν ὕλην &c.] Vide supra pag. 56. lin. 6.

tiæ talis occaſionem ſumpſiſſe apparet: nomine quidem *Ideæ* è *Moſe* dictis accepto, ſed non ſatis tum intellecto: quòd à peritis edoctus non fuerit, nihil eorum, quæ à *Moſe* ſunt dicta, extra arcanam theoriam & contemplationem intelligi clarè poſſe. Siquidem *Moſes*, pro eo atque de tabernaculo Deus cum eo loquutus fuerat, hæc verba ſcripſit: *Et facies mihi juxta omnia, quæcuntibi monſtro in monte*, exemplar *tabernaculi*. Et rurſum: *Et eriges tabernaculum juxta* exemplar *vaſorum ejus, atque ita facies*. Et iterum paulò poſt: *Ita ſane facies, ſecundùm* typum & figuram, *quæ tibi in monte monſtrata eſt*. Hæc cùm legiſſet *Plato*, neque verba ſcripta cum congruenti conſideratione excepiſſet, arbitratus eſt prius ideam quandam diſcretam ſive ſejunctam, quàm formam ſenſu comprehenſibilem exſtitiſſe: quam & *Exemplar* eorum, quæ facta ſunt, ſæpenumerò vocat; quod *Moſes* de tabernaculo ſic habeat ſcriptum: *Secundùm*

σέως τ προφάσιν εἰληφὼς φαίνε), τὸ μὲν ὄ εἶδος ὄνομα ἀπὸ τ Μωϋσέως μεμαθηκὼς ῥητῶν, ἃ δ διδαχθεὶς ὑ τινικαῦτα ὧν τ εἰδότων, ὅτι ἄδ ἐν ἐκτὸς μυστικῆς θεωρίας τ ὑπὸ Μωϋσέως εἰρημένων, σαφῶς γινώσκειν ἐστὶ δυνατόν. γέγραφε γὰ Μωϋσῆς ὡς θεὸ πρὸ τ σκιωῆς πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος, ἄτως· Καὶ ποιήσεις μοι [2] κατὰ πάντα, ὅσα ἐγὼ δείκνύω σοι ἐν τῷ ὄρει, τὸ πρότυπον τ σκιωῆς. κ πάλιν, Καὶ ἀναστήσεις τ σκιωὴν κατὰ τὸ πρότυπον τ σκευῶν αὐτῆς, ὃ ἄτως ποιήσεις. κ αὖθις [3] μικρὸν ὕστερον, Οὕτως ἄρα ποιήσεις κατὰ τ τύπον, τ δεδειγμένον σοὶ ἐν τῷ ὄρει. Τούτοις ἂν ἐντυχὼν ὁ Πλάτων, κ ἀμ τ προσηκούσης θεωρίας δεξάμενος τὰ γεγραμμένα ῥητά, ὡήθη εἰδός τι χωριστὸν προϋπάρχειν ἀϊδιότητι, ὃ δ παράδειγμα τ γενομένων ὀνομάζ πολλάκις· ἐπεὶ δ τὸ Μωϋσέως ἄτω πρὸ τ σκηνῆς σημαίν γράμμα, Κατὰ τὸ εἶδος

1 ἃ διδαχθεὶς δὲ — παρὰ τ εἰδότων] Quod hoc loco de *Platone* dicit *Juſtinus*, de univerſis Ethnicis affirmat *Tertullianus* in lib. de ſpectaculis: *Ethnicis quos penes nulla eſt veritatis plenitudo, quia nec doctor veritatis Deus, malum ac bonum pro arbitrio, ac libidine interpretantur, alibi bonum quod alibi malum, & alibi malum, quod alibi bonum.*

2 κατὰ πάντα, ὅσα &c.] MS. Reg 1. κ κατὰ τὸ παράδειγμα &c.

3 μικρὸν ὕστερον] Μικρὸν ὕστερον ἄτως, ὅρᾳ ποιήσεις *Rob. Steph.* quam lectionem probat Exodi *Moſaicæ* vulgata editio, cap. 25. v. ult. amboque MSS. Reg.

a Gen.

ἐιδος τὸ δειχθέν σοι ἐν τῷ ὄρει, ἄτω ποιήσεις αὐτό.

λϛ'. Ομοίως οὖν κ) ὅτι τ γῆς, κ) ὁ οὐρανὸς, κ) ὁ ἄνθρωπος σφαλεὶς φαίνε). κ) τούτων γὰρ ἰδέας εἶναι οἶε). ἐπειδὴ γὰρ Μωϋσῆς οὕτω [a] γεγραφεν, Εν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ οὐρανὸν κ) τὴν γῆν· εἶτα παρ' αὐτὰ σωπᾷ λέγων, Η δὲ γῆ ἦν ἀόρατος κ) ἀκατασκεύαστος, ὠήθη ὅτι πρώτην μὲν περὶ ἧς ἔφη, ἡ δὲ γῆ ἦν, τὴν προϋπάρχουσαν εἰρῆσθαι γῆν, ἐπειδὴ Μωϋσῆς ἔφη, Η γῆ ἦν ἀόρατος κ) ἀκατασκεύαστος. πρώτην οὖν περὶ ἧς λέγει, Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ οὐρανὸν κ) τὴν γῆν, ὠήθη πρώτην λέγειν αὐτὸν τὴν κατὰ τὸ προϋπάρχον εἶδος ὑπὸ τ Θεοῦ γενομένην αἰσθητήν. ὁμοίως δὲ κ) περὶ τ γενομένου οὐρανοῦ, τ μὲν πεπιημένον οὐρανὸν, ὃν κ) στερέωμα ὠνόμασε, τοῦτον εἶναι τ γενόμενον αἰσθητόν. ἕτερον οὖν εἶναι τὸν νοητὸν, περὶ οὗ ὁ προφήτης [b] ἔφη, Ο οὐρανὸς τ οὐρανῷ τῷ κυρίῳ, τ δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Καὶ περὶ ἀνθρώπου δὲ ὁμοίως, πρότερον μὲν ὀνόματος ἀνθρώπου μέμνη) Μωϋσῆς, εἶτα μετὰ τὰ πολλὰ τ κτισμάτων, περὶ πλάσεως ἀνθρώπου πεποίηται μνήμην, οὕτω λέγων, [c] Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ ἄνθρωπον, χοῦν ἀπὸ τ γῆς

formam in monte tibi exhibitam facies illud.

XXXII. Nec minùs itidem in terra & cœlo & homine lapsum eum esse liquet. Quia enim *Moses* ita scripsit: *In principio fecit Deus cœlum & terram*, hæc deinceps ita subjungit, dicens: *Terra autem erat non aspectabilis & incondita*: existimavit hanc, de qua ille ait, *Terra autem erat*, præexistentem dici terram, quoniam *Moses* dixerat; *Terra autem erat non aspectabilis & incondita*. De qua verò dicit: *Fecit Deus cœlum & terram*: istam illum designare putavit, quæ juxta præexistentem ideam à Deo sensibilis est creata. Non aliter autem & de cœlo facto sensit, creatum hoc cœlum, quod & *firmamentum* Moses nominavit, conditum esse sensibile: alterum verò esse intelligentiâ comprehensibile, de quo propheta: *Cœlum*, inquit, *cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum*. Consimiliter quoque de homine erravit. Hominis quippe primùm facit mentionem *Moses*: deinde post alias multas creaturas, de formatione ejus commemorat, ita dicens: *Et fecit Deus hominem, pulvere è terra*

a Gen. cap. 1. v. 1. seq. b Ps. 115. c Gen. cap. 2. v. 7.

1 λαοῖς.]

ra ſumpto. Opinatus eſt ergo *Plato*, priore loco nominatum hominem prius, quàm creatum exſtitiſſe: eum autem, qui poſterius è terra conditus eſt, juxta præexiſtentem formam eſſe factum. Porro quòd è terra conformatus ſit homo, *Homerus* id quoque ex veteri & divinâ cognovit hiſtoria; *Terra es, & in terram reverteris*, dicente. Exanimum is *Hectoris* corpus *ſurdam* vocat *terram*. Alicubi namque contra *Achillem*, *Hectoris* poſt mortem corpus raptantem, dicit:

Inſanus terram properabat lædere ſurdam.

Et alibi rurſum *Menelaum*, ad eos, qui *Hectoris* ad ſingulare certamen provocationem minùs alacri animo accipiebant, loquentem facit:

At vos in terram cuncti redeatis, & undam;

Per exuberantem iram, in veterem & primam eos è terra

ς γῆς [1] λαῶν. ὡήθη γᾶν τ μὲν πρότερον ὀνομαθέντα ἄνθρωπον πρυπάρχειν δ γενόμενα, τ δὲ ἐκ τ γῆς πλαθέντα ὕστερον, κατὰ τὸ πρυπάρχον εἶδος γεγονέναι. ὅτι δὲ ἐκ γῆς ἄνθρωπος πέπλασται, καὶ Ομηρος ἀπὸ τ παλαιᾶς καὶ θείας ἱστορίας μαθὼν τ λεγόντος, ς [2] Γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, τὸ ἄψυχον δ Εκτορος σῶμα κωφὴν ὀνομάζει γῆν. ἔφη γάρ πε κατὰ δ Αχιλλέως μετὰ θάνατον τὸ τ Εκτορος σύροντος σῶμα,

[2] Κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν [3] ἀλικίζειν μενεαίνων.

Καὶ αὖθις ἀλλαχ πε τ Μενέλαον λέγοντα τοῖς μὴ ἑτοίμως δεξαμένοις τὴν δ Εκτορος περὶ τ μονομαχίας [4] πρόσκλησιν,

[b] Αλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε·

δι' ὑπερβάλλουσαν ὀργήν, εἰς τὴν ἀρχαίαν [5] καὶ πρώτην αὐτὰς ἐκ γῆς

a Gen. 3. v. 19. b Il. ψ'. v. 99.

1 λαῶν.] Hanc vocem non agnoſcit MS. Reg. 1. in ſecundo verò legitur χθὼν λαῶν ἀπὸ τ γῆς.

2 Κωφὴν] Ultimus eſt verſus eorum quibus principio poſtremi libri Iliadis *Apollo* de *Achillis Hectoris* corpus trahentis inhumano crudelique facinore apud deos conqueritur. In *Juſtino* male ſcriptum eſt in modo infinitivo ἀεικίζειν. *Achilles* intelligitur, qui iratus *Hectoris* corpus dedecore trahendo afficit. PERION.

3 ἀεικίζειν] *Homeri* ed. vulg. ἀεικίζει. MS. Reg. 1. αἰκίζεις.

4 πρόσκλησιν] *Rob. Steph.* πρόκλησιν, aptius, ut infra, pag. 42. lin. 1. SYLB.

5 καὶ πρώτην] Deſiderantur hæc verba in MSS. Reg. 1. 2.

1 ὁ Πλά-

γῆς ἀναλύων πλάσιν. ταῦτα δὲ τὰ ἀρχαίων ἱστορίων ἐν Αἰγύπτῳ μεμαθηκότες Ὅμηρος καὶ Πλάτων, ἐν τοῖς ἑαυτῶν γεγράφασι λόγοις. ἐπεὶ πόθεν ἄλλοθεν μεμαθηκὼς [1] ὁ Πλάτων πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Δία ἐν οὐρανῷ λεγει, εἰ μὴ τῶν τῶν προφητῶν ἐντυχὼν ἱστορίαις; ἔγνω γὰρ δηλονότι τὸ τῶν προφήτης ῥητῶν περὶ τῶν Χερουβὶμ ὕστερον εἰρημένον, [a] Καὶ ἐξῆλθε δόξα Κυρίου ἀπὸ τοῦ οἴκου, καὶ ἐπέβη ἐπὶ [2] Χερουβίμ· καὶ ἀνέλαβε τὰ Χερουβὶμ τὰς πτέρυγας αὐτῶν, καὶ οἱ τροχοὶ ἐχόμενοι αὐτῶν, καὶ δόξα Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ ἦν ἐπ' αὐτοῖς ὑπεράνωθεν· ἔνθεν ὁρμώμενος ὁ [3] μεγαλόφωνος Πλάτων, μετὰ πολλῆς παῤῥησίας βοᾷ λέγων, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἐν ἡγεμονεύοντι Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων. Ἐπεὶ πόθεν ἄλλοθεν μεμαθηκὼς ταῦτα ἔγραψεν, εἰ μὴ τὰ τοῦ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν; πόθεν δὲ τἀληθὲς προφανῶς εἰλήφει, καὶ ἐν [4] τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν Θεὸν εἶναι ἔφη; [5] οὐκ ἀπὸ τῆς τρίτης τῶν βασιλειῶν ἱστορίας; ἔνθα [b] μεγαφωνίαν

habitudinem reſolvens. Hæc ex vetuſtis in *Ægypto* hiſtoriis percepta, *Homerus* & *Plato* in libris conſcripsêre ſuis. Num verò aliunde inſtitutus *Plato*, quàm ex prophetica-rum lectione hiſtoriarum, *volucri* Jovem *in cælo curru vehi* affirmat? Vidit ille in Prophetæ reſponſis de Cherubim dictum illud: *Et exivit è domo gloria Domini, & aſcendit ſuper Cherubim, & elevaverunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis, & gloria Dei* Iſrael *erat ſuper eos.* Inde incitatus grandiloquus *Plato*, cum multa dicendi libertate exclamat dicens: *Magnus in cælo* Jupiter *volucrem regit currum.* Enimvero unde tandem aliàs, niſi à *Moſe* & prophetis, hæc cognita perſcripſit? Unde occaſionem accepit, quâ moveretur, ut in igneâ eſſentiâ Deum eſſe diceret? annon ex tertio Regum libro? ubi ſcriptum

a Ezech. cap. 11. v 22. b Reg lib. 3. cap. 19. v. 11. 12.

1 ὁ Πλάτων πτηνὸν ἅρμα &c.] *Platonis* locus eſt in *Phædro.* HOESCHELIUS.

2 Χερουβὶμ] Pro quo MS. Reg. 1. legit Χερουβείμ.

3 μεγαλόφωνος] Hoc *Platonis* epitheton uti alibi paſſim plura, ex *Plutarchi* lib. 1. de placitis Philoſophorum ſumpſit *Juſti* *interpres.*

4 ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ] Vide ſupra p. 53. l. 2. ſeq.

5 οὐκ ἀπὸ τρίτης] Vix *Plato* ex iſto loco occaſionem dictæ hypotheſeos capere potuit, ſiquidem ibi Deus negatur in igne fuiſſe. Sed potiùs apparitio in igneo rubo *Moſi* facta eam illi ſuggeſſiſſe dicenda, ſi ſupponatur, ex ſacris eandem petiiſſe. GRABE.

ſcriptum eſt: *Non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritum commotio: non in commotione Dominus, & poſt commotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem vox auræ tenuis.* Verùm iſta cum prolixa contemplatione per ſublimem conſiderationem pios religioſoſque viros mente percipere oportet. *Plato* autem verbis hiſce non cum ea, qua opus fuit, ſpeculatione inſpectis, in ignea ſubſtantia DEUM eſſe dixit.

XXXIII. Quod ſi quis cœlitùs à Deo adveniens ſanctis hominibus donum, quem *Spiritum ſanctum* ſacri appellant vates, exquiſitè ſcrutari in animum inducat, inveniet & hunc à *Platone* in *Menone* ſub alio nomine prædicatum. Veritus namque Dei donum & gratiam Spiritum ſanctum appellare, ne hoſtili in *Græcos* animo, prophetarum doctrinam conſectando videretur eſſe; illam quidem cœlitus à Deo provenire confitetur; non autem Spiritum ſanctum, ſed *Virtutem* nominandam eſſe putavit: ita enim cum *Menone* in libro de Reminiſcentia agens, cum multis prius de virtute quæſivit, docerine illa

Οὐκ ἐν τῷ πνεύματι Κύριος, καὶ μετὰ τὸ πνεῦμα σεισμός· οὐκ ἐν τῷ σεισμῷ Κύριος, καὶ μετὰ τὸν σεισμὸν πῦρ· οὐκ ἐν τῷ πυρὶ Κύριος, καὶ μετὰ τὸ πῦρ, φωνὴ αὔρας λεπτῆς. ἀλλ' [1] ἐκεῖνα μὲν κατ' ἀναγωγὴν μετὰ πολλῆς θεωρίας τοῖς θεοσεβέσι νοεῖν ἀναγκαῖον· Πλάτων δὲ ὁ μετὰ τῆς θεοπτικῆς θεωρίας θεσπέσιος τοῖς ῥητοῖς, ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν Θεὸν εἶναι ἔφη.

λγ'. Εἰ δέ τις καὶ θεῖ τὸ ἄνωθεν ὠφελὲ Θεοῦ κατιέναι ὅτι τοὺς ἁγίους ἄνδρας δωρεᾶς, ἣν πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζουσιν οἱ ἱεροὶ προφῆται, ἀκριβῶς σκοπεῖν ἐθέλοι, εὕροι ἂν καὶ ταύτην [2] παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ πρὸς Μένωνα λόγῳ δι' ἑτέρου ὀνόματος κηρυττομένην· δεδιὼς γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν πνεῦμα ἅγιον ὀνομάζειν, ἵνα μὴ δόξῃ, τῇ τῶν προφητῶν ἑπόμενος διδασκαλίᾳ, ἐχθρὸς Ἑλλήνων εἶναι, τὸ μὲν ἄνωθεν αὐτὸ παρὰ Θεοῦ κατιέναι ὁμολογεῖ, ὁ μὴν πνεῦμα ἅγιον, ἀλλ' ἀρετὴν ὀνομάζειν αὐτὸ ἠξίωσε. ἔστω γὰρ πρὸς Μένωνα ἐν τῷ περὶ ἀναμνήσεως λόγῳ, πολλὰ πρότερον περὶ τῆς ἀρετῆς ζητήσας, πότερόν ποτε διδακτὴν ἢ ἀρετὴν,

1 ἐκεῖνα μὲν κατ' ἀναγωγὴν] Eam egregiè explicavit *Irenæus* lib. IV. cap. 37. pag. 334. noſtræ editionis col. 2. GRABE.

2 Εἰ

ἀρετὴ, ἢ ἀ διδακτὸν, ἀλλ' ἀσκητὸν, ἢ ἄτε ἀσκητὸν, ἄτε μαθητὸν, ἀλλὰ φύσει ⸗γιγνόμενον τοῖς ἀνθρώποις, ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ, ὕστερον αὐτῆς λέξεσιν ἅτως ἀποφαίνε⸗ λέγων· ‘1 Εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν ‘παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ‘ἐζητήσαμέν τε κ λέγομεν, ἀρετὴ ‘ἂν εἴη ἄτε φύσει, ἄτε διδακτὸν, ‘ἀλλὰ θεία μοίρα ⸗γιγνομέ‘νη 2 ἄνευ νῦ, οἷς ἂν ⸗γένη‘ται. ταῦτα, οἶμαι, σαφῶς ⸗γὲ τ̃ θεοφητῶν ὑὲι ἁ ἁγίᾳ πνεύματος μεμαθηκὼς Πλάτων, εἰς τὸ τ̃ ἀρετῆς ὄνομα μεταφέρων φαίνεται· ὁμοίως γὰ ὥσπερ οἱ ἱεροὶ θεοφῆ⸗ τὸ ἓν κ τὸ αὐτὸ πνεῦμα εἰς ἑπτὰ πνεύματα μερίζεσ⸗ φασιν, ἅτω κ αὐτὸς μίαν κ τὴν αὐτὴν ὀνομάζων ἀρετὴν, ταύτην εἰς 3 τέτταρας ἀρετὰς μερίζεσ⸗ λέγει· ἁ μὲν ἁγίᾳ πνεύματος ἀδαμῶς μνημονεύειν ἐθέλων, ⸗γὲ δέ τινα ἀλληγορίας τε καὶ ἐπιστροφὴν τ̃ θεοφητῶν ὑὲι ἁ ἁγίᾳ πνεύματος εἰρημένα ἀπαγγέλλων σαφῶς· ἅτω γὰ θεὸς τῷ τέλει ἁ λόγᾳ θεὸς τὸν Μένωνα ἔφη, ‘4 Ἐκ ‘μὲν τοίνυν τούτου τ̃ λογισμοῦ,

possit, an non doceri, sed usu atque exercitatione obtineri: utrumve neque hoc neque illo comprehendatur modo, sed naturâ aut aliâ quâpiam ratione hominibus obveniat? hisce rem tandem decernit verbis, dicens: *Quod si nos in præsentiâ per totam hanc disputationem rite hoc & investigavimus, & diximus, virtus profectò neque naturâ neque doctrinâ, verùm divino munere, sine mente obvenerit, quibus illa obvenit.* Hæc, ut puto, manifestò à prophetis de Spiritu Sancto edoctum *Platonem*, in virtutis appellationem transtulisse patet. Nam non secus atque sacri vates, unum eundemque Spiritum in septem partiuntur Spiritus, ipse quoque unam eandemque virtutem in quatuor dispesci virtutes asserit: non ille quidem aliquam Spiritûs sancti inferens mentionem, nihilominus tamen per allegoriam & inversionem quandam, ea quæ de Spiritu sancto à prophetis sunt promulgata, apertè renuncians. Sic namque ad finem *Menonis* ait: *Ex instituta ista ratione, ô Me-*

1 Εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ &c.] Sunt hæc in *Menone* paginâ ultimâ, neque ulla est dissimilitudo, & discrepantia, nisi quod in *Justino* ἐλέγομεν in secundo aoristo ponendum est, non ut est in præsenti λέγομεν legendum. PERION.

2 ἄνευ νῦ] Editiones Græco-latinæ cum *Lango* præmittunt negativum οὐκ, quod nos expunximus, quia nec in *Roberti Stephani* ed. quam sequimur, nec in ipso *Platone* legatur.

3 τέτταρας ἀρετὰς] MS. Reg. 2. inverso ordine legit, ἀρετὰς τέτταρας.

4 Ἐκ μὲν τοίνυν τούτου &c.] Sunt hæc fere

ὁ Menon, apparet, divinâ ſorte nobis obvenire virtutem, quibus ea obvenit. Hoc ipſum vero, quonam modo virtus obveniat, clarius inde ſciemus, cum prius illud per ſe quærere, quid tandem ſit virtus, ſtuduerimus. Videtis, quomodo cœlitùs adveniens donum, Virtutem tantum nominet: quæſtione autem adhuc dignum eſſe exiſtimet, utrùm id virtutem demum, an aliter appellare conveniat: Spiritum ſanctum apertè nominare veritus, ne prophetarum doctrinæ aſſecla eſſe videretur.

ὦ Μένων, θεία μοίρᾳ φαίνε᾽
ἡμῖν ἐγγινομένη ἡ ἀρετὴ, οἷς
ἂν ἐγγίνῃ· τὸ δὲ σαφὲς παρ᾽
αὐτὸ εἰσόμεθα τοῦτο, ὅπως τινὶ
τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίγ-
νεται ἡ ἀρετὴ, ὅταν πρότερον ἐπι-
χειρήσωμεν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ ζη-
τεῖν, τί ποτέ ἐστιν ἀρετή. Ὁρᾷς
ὅπως τιμῶν ἄνωθεν κατιοῦσαν δω-
ρεὰν, ἀρετὴν μόνον ὀνομάζει· ἔτι
δὲ ζητήσεως ἄξιον εἶναι νομίζει,
πότερόν ποτε ἀρετὴν, ἢ ἕτερόν τι
αὐτὸ ὀνομάζεσθαι προσήκει, δι-
διὸς αὐτὸ φανερῶς ἅγιον ὀνομά-
ζειν πνεῦμα, ἵνα μὴ δόξῃ τῇ τῶν
προφητῶν ἐπαδὴ διδασκαλία.

XXXIV. Unde verò eruditus *Plato*, tempus unà cum cœlo creatum eſſe didicit? ita enim ſcripſit: *Tempus ergo cum cœlo exſtitit, ut, quæ ſimul orta ſunt, ſimul quoque diſſolvantur, cum aliquando diſſolutio eorum affuerit.* Annon hoc ex divinis *Moſæ* ſcriptis intellexit? Cognovit enim temporis generationem è diebus & menſibus, & annis,

λδ'. Πόθεν δὲ μαθὼν ὁ Πλά-
των, τὸν χρόνον μετ᾽ οὐρανὸν γεγε-
νῆσθαι ἔγνω; ὅτω γὰρ γέγραφε·
Χρόνον δ᾽ οὖν μετ᾽ οὐρανὸν γέγο-
νεν· ἵνα ἅμα γεννηθέντες, ἅμα καὶ
λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις αὐτῶν
γίγνηται. ἆρ᾽ οὐκ ἐκ τῶν ἁπὸ τῆς
θείας Μωϋσέως ἱστορίας μεμαθη-
κώς; ἔγνω γὰρ ὅτι ἡ τοῦ χρόνου γέ-
νεσις ἐκ τε ἡμερῶν καὶ μηνῶν καὶ ἐνι-
αυτῶν

fere extrema verba ejuſdem libri. Apud *Platonem*, οἷς παρεγένετο ſcriptum eſt, & in *Juſtino* οἷς ἂν παραγένηται. In *Platone* melius, τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ, quam hic παρ᾽ αὐτό. In utroque autem hæc ipſa circumſcriptio trajectione verborum, quæ non eadem eſt, corrupta eſt, reſtituique debet hoc modo, τὸ δὲ σαφὲς περὶ αὐτοῦ, ὁποίῳ τινὶ τρόπῳ τοῖς ἀνθρώποις παραγίνεται ἡ ἀρετὴ, εἰσόμεθα τότε, ὅταν πρότερον ἐπιχειρή-

σωμεν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ ζητεῖν, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἀρετή. PERIONIUS.

1 χρόνον δ᾽ οὖν μετ᾽ οὐρανὸν γέγονεν] Hæc ſunt apud *Platonem* in *Timæo* ea priore particula, quæ in *Ciceronis* libro, qui de Univerſitate inſcriptus eſt deſideratur. In *Platone* eſt ſcriptum γεννηθέντες & in *Juſtino*, γεννηθῶσι. In *Platone* τις poſitum eſt, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται, quod nomen in *Juſtino* non habetur. PERIONIUS.

1 ὡς

αὐτῶν τὴν ἀρχὴν τ̃ συστάσεως ἔλαβεν. ἐ ὡς ὖν τ̃ πρώτης ἡμέρας τ̃ μετ' οὐρανὸν γενομένης, ἀρχὴν ἅπαντος χρόνου παρεσχημένης, (οὕτω γὰρ Μωϋσῆς ᾱ γεγραφεν· ᾱ Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τ̃ οὐρανὸν καὶ τ̃ γῆν, εἶτα παρ' αὐτὰ συνάπτει λέγων· Καὶ ἐγένετο ἡμέρα μία) ὡς ἀπὸ μέρους ὁ Πλάτων τ̃ πάντα σημαίνων χρόνον, τὴν ἡμέραν ὀνομάζει χρόνον, ἵνα μὴ δόξῃ ἡμέρας μεμνημένος, ὡς πάντη τοῖς Μωϋσέως ἑπόμενος ῥητοῖς, παρ' Ἀθηναίοις κατηγορεῖσθαι. πόθεν ἢ καὶ τοῦτο λύσεως οὐρανοῦ φανταθεὶς οὕτω γέγραφεν; οὐχὶ καὶ τοῦτο ᾱ παρὰ τ̃ ἱερῶν προφητῶν μεμαθηκὼς, καὶ οὕτως εἰρῆσθαι παρ' αὐτῶν νομίσας;

λε. Εἰ ἢ καὶ τ̃ περὶ τ̃ ἀγαλμάτων τις ἐξετάζοι λόγον, πόθεν ὁρμώμενοι οἱ πρῶτοι τοὺς Θεοὺς ὑμῶν κατασκευάσαντες, ἀνθρώπων μορφὰς ἔχειν αὐτοὺς διέγνωσαν, εὑρήσει καὶ τοῦτο ἀπὸ τ̃ θείας ἱστορίας ᾳ μεμαθηκότας. τ̃ γὰρ Μωϋσέως ἱστορίας οὐκ ἀποσιωπᾷ τὸ θεῖον λέγουσης· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν, ὡς οὕτως εἰρῆσθαι τ̃ ἀνθρώπων κατὰ τ̃ μορφὴν ἐοικότων τῷ Θεῷ, οὕτω καὶ κατασκευάζειν τοὺς Θεοὺς αὐτῶν ἤρξαντο, ἐκ τ̃ ὁμοίου τὸ ὅμοιον

causam & initium conſtitutionis ſumpſiſſe. Itaque cùm primus dies poſt cœlum creatus principium temporis univerſi præbuiſſet, (ſic namque *Moſes* ſcripſit: *In principio fecit Deus cœlum & terram*, ac deinceps hæc ſubjunxit, dicens: *Et factus eſt dies unus*) tanquam à parte tempus omne deſignans *Plato*, *diem* nominavit *tempus*, ne *diei* mentione factâ, perinde atque *Moſæ* omnino ſequeretur verba, apud *Athenienſes* deferretur. Vnde autem de cœli etiam diſſolutione opinione concepta, ita ſcripſit? annon id ipſum quoque ex ſacris percepit vatibus, atque ab ipſis hoc ſic dictum eſſe eſt arbitratus?

XXXV. Jam ſi quis etiam rationem de ſtatuis inquirat, unde incitati, qui primi deos veſtros fecerunt, hominum eos formas obtinere intellexerint, deprehendet & hoc, eos è divina hiſtoria didiciſſe. Cùm namque *Moſæ* liber ſub perſona Dei dicat; *Faciamus hominem ſecundum imaginem noſtram & ſimilitudinem*: perinde atque dictum eſſet, *homines forma Deo ſimiles eſſe*, ejuſmodi deos ſuos fingere cœperunt, à ſimili ſimile ſe facere

1 ὡς ὖν τ̃ς] MS. Reg. 2. ὁ ὖν τ̃ς.
2 παρὰ τ̃] MSS. Reg. 1. 2. ὑπὸ αὐτῶν.
3 μεμαθηκότας] MS. Reg. 1. αὐτὰς μεμαθηκότες.

facere rati. Verùm enimvero quanam de causa hæc nunc à me sunt commemorata? Ut intelligatis, viri *Græci*, neutiquam veram religionem ab istis disci posse, qui ne de his quidem rebus, unde apud exteros in aliquam pervenêre admirationem, proprii quidquam scribere potuerunt: sed quæ à *Mose* & reliquis prophetis sunt tradita, ea per allegoriam & immutationem aliquam in libris suis promulgârunt. Itaque tempus jam est, viri *Græci*, profanis vos historiis persuasos, longe antiquiores *Mosen* & prophetas alios, omnibus, qui apud vos habiti sunt Sapientes, fuisse: cùm à prisco majorum errore desciscere, tum divinis prophetarum vacare libris, & ex eis veram addiscere religionem: non dicendi artes professionibus, neque verbis ad permovendum atque persuadendum compositis utentibus: (hoc enim eorum est proprium,

δημιουργεῖν οἰόμενοι. [1] Ἔ χάειν μνημονεύσαι τάυτων νυνὶ πρόκειται, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες; ἵνα γνῶτε ὅτι τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν ἀ δύνανται παρὰ τάυτων μανθάνειν τ μηδ' ἐν οἷς ἀπὸ τ ἔξωθεν ἐθαυμάσθησαν ἰδιόν τι γράψαι δυνηθέντων, ἀλλὰ λόγός τινος [2] ἐκείνης ἀλληγορίας ἀπὸ Μωϋσέως καὶ τ λοιπῶν προφητῶν ἐν τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν ἀπηγγελκότων. Καιρὸς ἂν ἥκει νῦν πεισθέντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἀπὸ τ ἔξωθεν ἱστοριῶν, ὅτι πολλῷ [3] πρεσβύτατος Μωϋσῆς καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται γεγόνασι πάντων τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν νομισθέντων, τ παλαιᾶς μὲν ὑμᾶς τῶν προγόνων ἀποστροφῆς παύσης, ἐντυχεῖν δὲ τ θείας τ προφητῶν ἱστορίας, καὶ γνῶναι περὶ αὐτῶν τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν, [4] ἃ λόγων ὑμῖν ἀπαγγελλόντων τέχνας, ἀλλ' πιθανῶς καὶ πιστικῶς λεγόντων· τοῦτο γὰρ ἴδιον τῶν τὴν ἀλήθειαν

1 Ἔ χάειν] *Perionius* mavult legere, Ἔ, aut πρὸ χάειν.

2 ἐκείνης ἀλληγορίας τινός] Pronomen ἐκείνης, & præpositio τινὸς perperam hic irrepsisse videntur. Nam ut sensus & structura constent, pro ἐκείνης legendum potius ἐκείνας, aut simile quid, nisi forte ἐκείνῳ fuit, idque exegeticῶς primum nomini ἀληθείας adscriptum, deinde perperam à librariis in contextum inculcatum. Pro τινὸς verò si reponas articulos τι Ἔ, satis apta erit constructio & sententia. SYLBURG. Nihil horum mihi placet; sed potiùs ἐκείνης prorsus expungendum, & cum τινὸς Μωϋσέως participium, quod *prolatum* vel simile quid significet, subintelligendum videtur. GRABE.

3 πρεσβύτατος] Superlativus est, pro comparativo, πρεσβύτερος nempe pro πρεσβύτερος, ut infra pag. 81. 45. 92. 29. quæ enallage alibi quoque annotata. SYLBURG.

4 ἃ λόγων ὑμῖν ἀπαγγελλόντων τέχνας] Vide supra pag. 60. lin. 26. seq.

ἀληθειαν κλέπτειν ἐθελόντων· ἀλλὰ ἁπλῶς τοῖς ὀπιτυχοῦσιν ὀνόμασί τε καὶ ῥήμασι χρωμένων, καὶ ταῦθ' ὑμῖν ἀπαγγελλόντων, ἃ τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς καταβὰν πνεῦμα, τοὺς τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν μανθάνειν βουλομένους δι' αὐτῶν διδάσκειν ὥρισεν[1]).

λς'. Πᾶσιν ἓν αἰδῶ, καὶ παλαιὰν ἀνθρώπων πλάνην, καὶ τὸ τοῦ ὄγκου φαντασιώδη παρασύρμενοι ψόφον, δι' ὃν καὶ τὴν πᾶσαν ὀπάλαυσιν ἔχειν οἴεσθε, ἔχεσθε τῶν ὑμῖν συμφερόντων. [2] ἐδὲν γὰρ ἔστιν παρ' ὑμῶν ἐδὲ ὧδε τοὺς προγόνους ὑμῶν πλημμελὲς, εἰ εἰς τὴν ἐναντίαν τρέπεσθαι νυνὶ τοῖς ἐκείνων βούλεσθε πλάνης, ὡς εἴκος ἂν ἄδε νυνὶ σκυθρωπὸν μετάνοιαν μετανοοῦντας ὀδύρεσθαι· οἷς εἰ δυνατὸν ἦν ἐκεῖθεν δηλῶσαι ὑμῖν τὰ μετὰ τελευτὴν τάδε ἢ βίᾳ συμβεβηκότα αὐτοῖς, ἔγνωτε ἂν ὅσων ὑμᾶς ἀπαλλάξαι κακῶν προσήκοντο· νυνὶ δὲ ἐπειδὴ μὴ δυνατὸν ἐν τῷ παρόντι μήτε παρ' ἐκείνων ὑμᾶς μανθάνειν, μήτε μὴν ἔξεστι τοῖς ἐντεῦθεν τοῖς ψευδωνύμων τούτων Φιλοσοφίαν Φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων, ἀπό-

qui veritatem ſuffurari ſtudio habent) verùm qualiacumque ſimpliciter nomina & verba uſurpantibus, & eas vobis res annunciantibus, quas deſcendens in eos Spiritus ſanctus, religionem veram diſcere volentes, per illos docendos eſſe ſtatuit.

XXXVI. Proinde pudore omni, ac veteri hominum errore, nec non ad fucatum ſplendorem comparato tumoris ſtrepitu abjecto, unde etiam vos omnem ſtudiorum veſtrorum fructum & delectationem percipere putatis, quæ utilia vobis ſunt, complectimini. Nullum enim veſtrum in majores veſtros exſtabit delictum, ſi in contrariam illorum errori ſententiam pedibus ire voletis: quos par eſt apud inferos nunc ſeram nimis pœnitentiam pœnitentes, in gravi eſſe luctu: ac ſi quo modo fieri poſſet, ut vobis inde renunciare valerent, quæ ſibi poſt hujus vitæ finem acciderint, intelligeretis profectò, quibus vos liberatum iri vellent malis. Porro cùm in præſentiâ neque ab illis ea cognoſcere ullo pacto poſſitis, neque ab iſtis, qui ſe hic falsò nominatam philoſophiam iſtam philoſophari profitentur: reliquum

1 τὸ τοῦ ὄγκου φαντασιώδη] *Rob. Steph.* legit, τὸ ὄγκου, & τὸ φαντασιώδη &c. SYLBURG.

2 ἐδὲν γὰρ ἔστιν παρ' ὑμῶν] Vide ſupra pag. 41. lin. 10.

1 πυγμάνοντες]

liquum de cætero fuerit, ut remisso majorum vestrorum errori nuncio, sanctorum virorum legatis vaticinia : (non splendorem orationis ab eis petentes : quòd non in dictis, sed in factis res nostræ religionis consistant) & ex ipsis ea percipiatis, per quæ vitam possitis consequi sempiternam. Illi namque, qui frustra philosophiæ per vim nomen involarunt, nihil scire coarguuntur ; sicut & ipsimet vel inviti confiteri coguntur, non per mutuas tantùm inter se conflictationes, sed variantes etiam suas ipsorum pro se cujusque opiniones.

XXXVII. Quod si veri inventio *finis* quidam propositus esse dicitur eorum *philosophiæ*, quomodo, qui veri cognitionem consequuti non sunt, philosophorum nomine sunt digni? Ac si sapientum apud ipsos sapientissimus *Socrates*, cui etiam oraculum vestrum, quemadmodum ipsi dicitis, testimonium perhibet, dicens :

Sapientiâ omnes Socrates *vincit viros,*

λιθον ὑμῖν ἔσεσθαι λοιπὸν, τὴν τῶν προγόνων ὑμῶν ἀπατωμένους πλάνην, ἐντυγχάνειν τῆς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν σοφητείας, μὴ δοκιμότητα φεύγοντας παρ' αὐτῶν αὐτοῦντας (οὐ γὰρ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις τὰ τῆς ἡμετέρας θεοσεβείας πράγματα) καὶ μαθεῖν παρ' αὐτῶν τὰ αἴτια ὑμῖν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐσόμενα. οἱ γὰρ μάτην τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐπηρεάζοντες ὄνομα, οὐδὲν εἰδότες ἐλέγχονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ὁμολογεῖν καὶ ἄκοντες ἀναγκάζονται, δι' ὧν ἐν τοῖς ἀλλήλοις στασιάζουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑαυτῶν ἄλλοτε ἄλλως ἑκτιθέντες δόξας.

λζ. Εἰ δὲ ἡ ἀληθὴς εὕρεσις ὅρος τις λέγεται παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίας, πῶς οἱ τῆς ἀληθοῦς μὴ τυγχάνοντες γνώσεως, τοῦ τῆς φιλοσοφίας ὀνόματος εἰσιν ἄξιοι ; εἰ γὰρ ὁ τῶν παρ' ὑμῖν σοφῶν σοφώτατος Σωκράτης, ᾧ καὶ τὸ χρηστήριον ὑμῶν, ὡς αὐτοὶ φατε, μαρτυρεῖ λέγων,

[1] Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

ὁμολογεῖ

1 τυγχάνοντες] MS. Reg. 2. τυχόντες.

2 Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος] Oraculi de *Socrate* meminere cum alii tum *Cicero* de Senectute, & *Lucianus* libro de Saltatione. Idem *Lucianus* rursum de Amoribus, Ἄϊζα μοὶ Σωκρατικοῖ διδασκαλίας, καὶ τὸ λαμπρὸν ἐκεῖνο τοῦ ἀρετῆς διηγεῖσθαι, τοῖς Δελφικοῖς πείθεσθαι ἐπαινῶν. χρησμὸν γὰρ ἀληθείας ὁ Πύθιος ἐθέσπισεν· Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος. De sequenti etiam *Socratis* professione, *se nihil scire*, meminit idem *Lucianus* in *Hermotimo*. HOESCHELIUS.

1 ὁμολογεῖν

ὁμολογεῖ μηδὲν εἰδέναι, πῶς οἱ μετ' αὐτὸν ἢ τὰ ὐρανοῖς ἐπηγγέλλοντο εἰδέναι; Σωκράτης γὰρ ἑαυτὸν σοφὸν διὰ τοῦτ' εἰρῆσθαι ἔφη, ὅτι τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ἃ μὴ ἴσασι προσποιουμένων εἰδέναι, αὐτὸς οὐκ ἄχνυται μηδὲν [1] ὁμολογεῖν εἰδέναι. ἔφη γὰρ ὅτως· [2] 'Εοικα 'γ' ὖν αὐτῷ τούτῳ τῷ σμικρῷ σο- 'φώτερος εἶναι, ὅτι ἃ μὴ οἶδα, 'οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. μηδεὶς δὲ οἰέσθω εἰρωνευόμενον ἄγνοιαν προσποιεῖσθαι [3] Σωκράτη, ὅτι δὴ πολλάκις ἐν τοῖς Διαλόγοις εἴωθε τοῦτο ποιεῖν· ἡ γὰρ τελευ- τία ῥῆσις τῆς ἀπολογίας, ἣν ὅτε τὸ δεσμωτήριον ἀπιὼν ἔφη, δη- λοῖ μετὰ παῤῥησίας αὐτὸν τὴν ἀλη- θείας τὴν ἄγνοιαν ὁμολογεῖν. ἔφη γὰρ ὅτως· 'Αλλὰ γὰρ ἤδη 'ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν [4] πεθνη- 'ξομένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. 'ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ὅτι τὸ ἄμεινον 'πρᾶγμα ἔρχον[5], ἄδηλον παν- 'τὶ πλὴν ἢ τῷ Θεῷ. Ἀλλὰ Σω- κράτης μὲν ταύτην ὑστάτην ἐν τῷ [5] Ἀρείῳ πάγῳ φωνὴν ἀφεὶς ὅτι τὸ δεσμωτήριον ὥρμησε, τῷ

se nihil scire fatetur; quî fit, ut qui post eum fuere, cœlestia quoque scire se professi sint? Siquidem *Socrates* se propterea *sapientem* dictum esse, ait, quòd cùm homines alii, quæ nesciunt, se scire assimulent, ipse non gravatè, nihil scire confessione apertâ præ se tulerit. Sic namque dicebat: *Exiguâ hac re sapientissimus esse sum visus, quòd quæ nescio, ea me quoque nescire puto.* Nemo autem existimet, per ironiam & dissimulationem, quasi aliud agentem *Socratem*, id quod persæpe in colloquiis facere solitus fuit, ignorantiam tum simulasse: nam postrema defensionis suæ verba, quæ in carcerem iturus protulit satis ostendunt, serió eum & verè ignorationem fassum esse. Ita enim dixit: *Sed jam abeundi hora adest, mihi quidem ad mortem, vobis autem ad vitam longiorem. Utri verò nostrûm ad rem vadant meliorem, omnibus præterquam DEO ignotum est.* Sed enim *Socrates* quidem, ultimâ hac in *Areopago* editâ voce in carcerem properavit soli

1 ὁμολογεῖν εἰδέναι] *Rob. Steph.* ὁμολογῶν εἰδέναι, structura eleganti & auditicissima. SYLBURG.

2 ἔοικα γ' ὖν αὐτῷ τούτῳ &c.] *Perionius*, ex *Platonica Socratis* apologia mavult legere ἔοικα γοῦν τοῦτο γε σμικρῷ τινι αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι &c. videlicet *Socrates* ibi se cum alio in quem incideret sapiente comparat. SYLB.

3 Σωκράτη] MS. Reg. 2. Σωκράτη.

4 πεθνηξομένῳ] Vulg. *Platonis* Apologia habet, ἀποθανουμένῳ. ARCERIUS.

5 Ἀρείῳ πάγῳ] De hoc concilio vide quæ dixi supra pag. 89. not. 1.

soli Deo incertam rerum scientiam tribuens. Successores autem ejus, cum ne terrena quidem nosse possent, cœlestia se scire, perinde atque vidissent, jactitant. *Aristoteles* certè, haud aliter quàm si penitiùs diligentiusque *Platone* illa contemplatus esset, non sicuti *Plato*, in igneâ essentiâ Deum esse, ita & ipse dixit: verùm in æthereo quinto elemento illum esse pronunciavit. Atque de his ille fidem sibi per orationis vim & pondus astruit, cùm neque *Euripi Chalcidici* naturam cognoscere posset: unde propter ingens probrum & pudorem, in mœrorem conjectus, morte vitam commutavit.

XXXVIII. Itaque nemo cui integra mens est, salutem suam post istorum eloquentiam habeat: verùm, juxta veterem illam historiam, auribus cerâ

Θεῷ μόνῳ τῷ τ παρ' ἡμῖν ἀδήλων πραγμάτων ἀναφέρων γνῶσιν. οἱ δὲ μετ' αὐτὸν, μηδὲ τὰ ὄπτι γῆς γνῶναι δυναμενοι, τὰ ἐν [1] ἐθερίῳ ὡς ἑωρακότες εἰδέναι ἐπαγγέλλονται. ὁ μὲν Ἀριστοτέλης, ὡς ἀκριβέστερον Πλάτωνος τὰ ἐν ἐθερίοις ἑωρακὼς, ἢ ὡσπερ ὁ Πλάτων ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τ Θεὸν εἶναι λέγει, οὕτως καὶ αὐτὸς ἔφη, ἀλλ' ἐν τῷ αἰθερώδει πέμπτῳ στοιχείῳ εἶναι αὐτὸν ἀπεφήνατο. καὶ ὧδε τούτων πιστευθεὶς ἑαυτὸν διὰ δοκιμότητα φράσεως ἀξιῶν, [2] οὐδὲ τῷ δ Εὐρίπῳ φύσιν τὸ ὄντως ἐν Χαλκίδι γνῶναι δυνηθεὶς, διὰ μᾶλλον ἀδοξίαν καὶ αἰσχύνην λυπηθεὶς, μετῆκε τὸν βίον.

λη. Μηδεὶς οὖν τ εὐφρονούντων [3] πρεσπέραν ἡγείσθω τ ἑαυτῷ σωτηρίας τῷ τούτων εὐγλωττίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἱστορίαν, [4] κηρῷ τὰ ὦτα φραξά-

1 ἐθερίῳ] *Rob. Steph.* plurali numero legit ἐθερίοις. SYLBURG.

2 οὐδὲ τῷ δ Εὐρίπῳ φύσιν &c.] Hæc, quæ de *Aristotelis* morte asserit *Justinus*, fabulam ab invidis confictam esse conjicit *Perionius*, quia de ea re nullam mentionem facit *Diogenes Laertius* in vita *Aristotelis*; Auctori autem nostro astipulatur etiam *Gregorius Nazianzenus* in Oratione tertia adversus *Julianum*.

3 πρεσπέραν ἡγείσθω τ ἑαυτῷ σωτηρίας &c.] Ad hæc *Justini* verba *Lactantius* adnotat hæc *Tertulliani*: *Homines gloriæ & eloquentiæ solius libidinosi.* SYLB.

4 κηρῷ τὰ ὦτα φραξάμενος] Congrua his sunt ista *Clementis* in Protreptico φύγωμεν, inquit, τὴν σειρήνειον, φύγωμεν οἷον ἄκραν χαλεπὴν, ἢ Χαρύβδεως ἀπειλὴν, ἢ Σειρήνων μυθικὰς, &c. Porro de hac fabula de Sirenum incantatione plura dicentur in notis ad Orationem ad *Græcos*.

φραξάμενοι, τὴν ἐκ τῶν σειρήνων αὐτῶν εὐηχοῦσαν ἡδεῖαν φεύγετε βλάβην· οἱ γὰρ παρειρημένοι ἄνδρες, ὥσπερ τι δέλεαρ τὴν εὐγλωττίαν προϊσχόμενοι, πολλοὺς ἀπάγειν τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας παρῃρέτισαν, μιμούμενοι τὴν τῶν πρώτων ἀνθρώπων διδάξαι τολμήσαντα· οἷς μὴ πείθεσθαι ὑμᾶς ἀξιῶ, ἐντυγχάνειν δὲ ταῖς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν προφητείαις. εἰ δέ τις ὄκνος, ἢ παλαιὰ τῶν προγόνων ὑμῶν δεισιδαιμονία τέως ἐντυγχάνειν ὑμᾶς ταῖς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προφητείαις κωλύει, δι' ὧν δυνατὸν μαθεῖν ὑμᾶς ἕνα καὶ μόνον εἶναι Θεὸν, ὃ πρῶτον ἐστὶ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας γνώρισμα, τῷ γὰρ πρότερον ὑμᾶς τὴν πολυθεότητα διδάξαντι, ὕστερον δὲ λυσιτελῆ καὶ ἀναγκαίαν παλινῳδίαν ἄσαι προσελομένῳ πείθησθε Ὀρφεῖ, ταῦτ' εἰρηκότι [1] ἃ μικρῷ πρόσθεν γέγραφα, καὶ τοῖς λοιποῖς, καὶ τοῖς περὶ αὐτὰ περὶ ἑνὸς Θεοῦ γεγραφόσι πείθησθε. θείας γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν προνοίας ἔργον γέγονε, τὸ καὶ ἄκοντας τούτους μαντεύεσθαί τι ὑπὲρ τῶν προφητῶν περὶ ἑνὸς Θεοῦ εἰρημένα ἀληθῆ εἶναι, ἵνα πάν-

obturatis, *Sirenum* ſuavem quidem, ſed pernicioſam effugiat peſtem. Viri enim illi, quos diximus, facundiam veluti eſcam quandam illecebroſam prætendentes, permultos ſibi à recta religione abducendos eſſe ſtatuerunt, eum, qui primos homines plurium deorum cultum docere eſt auſus, imitati. Quibus ut ne obſecundetis, ſed ut potius ſacrorum virorum vaticinia legatis, etiam atque etiam rogo. Quâ in re ſi quæ vobis tarditas adhuc, aut priſca majorum veſtrorum ſuperſtitio, quò minus ſanctorum hominum prophetias evolvatis, unde unum eundemque ſolum eſſe Deum diſcere poſſitis, quod primum eſt veræ pietatis documentum, obſtaculo eſt: ei ſaltem, qui primùm quidem vobis plurimæ divinitatis ſacra tradidit; poſtea verò utilem atque neceſſariam palinodiam & recantationem canendam ſibi eſſe cenſuit, utpote qui ea, quæ paulò ante ſcripſi, dixerit, obſequimini *Orpheo*, atque item aliis, qui eadem de uno & ſingulari perſcripsêre DEO. Divinæ namque providentiæ de vobis hoc opus fuit, ut illi vel ingratiis ea, quæ à prophetis de uno Deo ſunt dicta, teſtimonio ſuo vera eſſe comprobarent, ut ab eo omnibus

1 ἃ μικρῷ πρόσθεν γέγραφα] Nimirum ſupra pag. 77. lin. 5.

nibus de diis multis abrogatâ doctrinâ, veræ cognitionis vobis præberetur opportunitas.

XXXIX. Perfacile autem vobis erit, rectam religionem ex parte aliqua, & ea, quæ proximè ad prophetarum accedunt doctrinam, à veteri *Sibylla* ex afflatu quodam mirifico per sortes ac responsa vos docente percipere. Hanc *Babylone* ortam *Berosi*, qui *Chaldaicam* historiam scriplit filiam: eam in *Campaniæ* oras nescio quomodo profectam, in urbe quadam cui *Cumæ* nomen est, sexto à *Baiis* (qui locus thermas *Campanas* habet) lapide, oracula edidisse. Vidimus nos eâ in urbe cum essemus, locum quendam, in quo ingentem basilicam, uno fabrefactam saxo contemplati sumus, rem profecto maximam, & omni admiratione dignissimam ubi responsa eam dedisse affirmabant illi, qui res patrias à majoribus suis traditas acceperint. In mediâ autem ba-

τῶν ὁ τῆς πολυθεότητος ἀθετούμενος λόγος, ἀφορμὴν ὑμῖν παρέχῃ τ ἀληθοῦς γνώσεως.

λθ'. Ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾴδιον τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους ὅσου τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δυνάμεως ἐμπνεούσης ἀφ' ἑαυτῆς χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν ταῦτ', ὑπὲρ ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ τ τῶν προφητῶν διδασκαλίας. Ταύτην δὲ ἐκ μὲν Βαβυλῶνος ὁρμηθεῖσαν φασι, [1] Βηρώσσου δ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα ἔσαν· εἰς δὲ τὰ μέρη τῆς Καμπανίας οὐκ οἶδ' ὅπως ἀφῖχθαι, ἐκεῖ τὰς χρησμὰς ἐξαγορεύειν ἔν τινι Κύμῃ [2] ὑπὸ καλουμένῃ πόλει, ἐξ σημείοις διεστώσῃ Βαΐων, ἔνθα τὰ θερμὰ τ Καμπανίας εἶναι συμβαίνει. ἐθεασάμεθα δ' ἐν τῇ πόλει γενόμενοι καί τινα τόπον, ἐν ᾧ βασιλικὴν μεγίστην ἐξ ἑνὸς ἐξεσμένην λίθου ἔγνωμεν, πρᾶγμα μέγιστον, καὶ πάντος θαύματος ἄξιον, ἔνθα τὰς χρησμὰς αὐτῆς ἀπαγγέλλειν οἱ ὡς [3] τὰ πάτρια παρειλῆφότες παρὰ τ ἑαυτῶν προγόνων ἔφασκον. ἐν μέσῳ δ τῆς βασιλικῆς ἐπε-

1 Βηρώσσου δ τὴν Χαλδαϊκὴν ἱστορίαν γράψαντος θυγατέρα] *Justinum* hîc à frivola recentiorum Criticorum accusatione vindicare mihi proposueram; sed modò video, rem jam actam esse ab optimo G. *I. Vossio* lib. I. de Historicis Græcis cap. 13. in fine. GRAEB.

2 Κύμῃ] Rob. Steph. Κύμῃ, ulsitatiore *Græcis* nomine: & mox ἐξ σημείοις διεστώσῃ, structura minus proba. Quod vero idem mox οἰκίαν habet pro βασιλικὴν, exegema esse potius videtur quam germana *Justini* scriptura. SYLBURG.

3 τὰ] Hæc vox desideratur in MS Reg. 3.

1 ὀρθὰς

ἐπεδείκνυον ἡμῖν τρεῖς δέλφακας ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένας λίθου· ὧν πληρωθέντων ὕδατος, λούσαι αὐτὴν ἐν αὐταῖς ἔλεγον, καὶ σολέα ἀναλαμβάνουσαν, εἰς τὸν ἐνδότατον τοῦ βασιλικοῦ βαδίζειν οἶκον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐξεσμένον λίθου· καὶ ἐν μέσῳ οἴκῳ καθεζομένην ὑπὲρ ὑψηλοῦ βήματος καὶ θρόνου, οὕτω τοὺς χρησμοὺς ἐξαγορεύειν.

μ΄. Ταύτης δὲ τῆς Σιβύλλης ὡς χρησμῳδοῦ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι τῶν συγγραφέων μέμνηνται, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ. δοκεῖ δέ μοι τοῖς τοιούτοις χρησμοῖς ἐντυχὼν ὁ Πλάτων, τοὺς χρησμῳδοὺς ἐνθουσιάζειν. εἰώθασι γὰρ τὰ ὑπὸ αὐτῆς πάλαι προφερόμενα, ἔργοις πληρούμενα· καὶ διὰ τοῦτο θαυμάσας ἐν τῷ πρὸς Μένωνα λόγῳ, αὐτοὺς λέξεσιν ἐπαινῶν τοὺς χρησμῳδοὺς, οὕτω γέγραφεν· [1]Ὀρθῶς ἄρα ἂν καλοῖμεν [2]θείους τε αὐτοὺς, οὓς δὴ νῦν λέγομεν χρησμῳδούς· οὐχ ἥκιστα φαῖμεν ἂν τούτους θείους εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν ἐμπνους

silicâ ostenderunt nobis tria solia (*sive labra*) ex eodem excisa lapide quibus aquâ repletis, lavare ibi eam & stolâ sumptâ, in penitissimam basilicæ ædem eodem saxo extructam se recipere, atque in mediâ eâ æde super sublimiore gradu & throno considere solutam, & oracula ad eum modum promulgasse dixerunt.

XL. Hujus *Sibyllæ* tanquam fatidicæ cùm permulti alii meminere scriptores, tum etiam *Plato* in *Phædro*. Mihi certè quidem is videtur, cùm in illius vaticinia incidisset, vates divinitate donasse. Videbat enim prædictiones ejus ad rem conferri: ac proinde admiratione ductus, in libro ad *Menonem* fatidicos laudat, & ad verbum ita scribit; *Rectè profectò Divinos eos appellaverimus, quos modò vocamus Fatidicos & Vates; nec minus hos etiam (in reip. administratione versantes homines) quàm reliquos, atque insuper eos quoque dixerimus Divinos esse, atque numine instigari afflatos,*

1 Ὀρθῶς ἄρα ἂν καλοῖμεν &c.] Locus hic est in *Menonis* ultima pagina, sed in *Justino* multa verba desunt, & in *Platone* ἄρα. In *Justino* aliquid deesse sublato *Platonis Menone* ex verbo θείους τε intelligi potest. Apud *Platonem* ita est scriptum ὀρθῶς ἂν καλοῖμεν θείους τε, οὓς νῦν δὴ ἐλέγομεν χρησμῳδοὺς, καὶ μάντεις, καὶ τοὺς ποιητικοὺς ἅπαντας καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἐκ ἥκιστα τούτων φαῖμεν ἂν θείους τε εἶναι καὶ ἐνθουσιάζειν ἐμπνους ὄντας, καὶ κατεχομένους ὑπὸ θεοῦ ὅταν κατορθοῦσι λέγοντες πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα μηδὲν εἰδότες ἃ λέγουσι. Ad hunc igitur locum *Justini* codex corrigendus est. PERION.

2 θείους τε αὐτούς.] MS. Reg. 2. τοὺς τε θεοὺς εἶναι.

afflatos, necnon à Deo agitari attonitos qui res multas & magnas rectè & verè dicunt, nihil eorum, quæ loquuntur, intelligentes: manifestò & apertè ad carmina respiciens *Sibyllæ*. Huic enim haudquaquam, sicuti *Poetis*, etiam postquam poemata scripsere, facultas fuit corrigendi atque expoliendi responsa sua, juxta exquisitiorem numerorum & dimensionum carminis rationem: sed in ipso afflatûs tempore sortes illa suas explebat, & evanascente instinctu ipso, simul quoque dictorum memoria evanuit. Atque hæc ipsa causa est, quamobrem non omnes carminis numeros *Sibyllæ* servent oracula. Quin ipsi quoque, cùm in urbe ea essemus, indicibus, qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, ostendentibus, qui nobis loca etiam, in quibus illa est vaticinata, commonstrarunt, vidimus loculum quendam ex ære elaboratum, ubi reliquias ejus servari dicebant. Insuper inter alia omnia, quæ indices isti exposuerunt, illud quoque fuit, à majoribus se audivisse, quòd qui responsa ab oraculo excipiebant, quia tum ab eruditione alieni fuissent, multo-

ὄντας, καὶ κατεχομένους ἐκ τοῦ
Θεοῦ, ὅταν κατορθῶσι λέγοντες
πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα,
μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι· σα-
φῶς καὶ φανερῶς εἰς τὰς Σιβύλ-
λης ἀφορῶν ἐξηγεῖται. αὐτὴ γὰρ,
οὐχ ὥσπερ οἱ ποιηταί· καὶ μετὰ
τὸ γράψαι τὰ ποιήματα, εἶχεν
ἐξουσίαν διορθοῦσθαι, καὶ ἐπανέρ-
χεσθαι ἐπὶ τὴν τῶν μέτρων
ἀκρίβειαν, ἀλλ' ἐν μὲν τῷ τῆς
ἐπιπνοίας καιρῷ τὰ τῆς προ-
φητείας ἐπλήρου· παυσαμένης
δὲ τῆς ἐπιπνοίας, ἐπεπαυτο καὶ
ἡ τῶν εἰρημένων μνήμη. τοῦτ'
ἔστιν αἴτιον δι' ὃ μὴ πάντα τὰ μέ-
τρα τῶν ἐπῶν τῆς Σιβύλλης σώ-
ζεσθαι. αὐτοὶ γοῦν ἐν τῇ πόλει
ἡμῶν, ὑπὸ τῶν ἐπιτηδείων
μεμαθήκαμεν, τούς τε τόπους,
ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἡμῖν προδε-
δεγμένων, καὶ φακόν τινα ἐκ
χαλκοῦ κατεσκευασμένον, ἐν ᾧ
τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλε-
γον. ἔφασκον δὲ μὴ πάντων,
ὧν διηγοῦντο καὶ τοῦτο, ὡς πα-
ρὰ τῶν προγόνων ἀκηκόοτες,
ὅτι οἱ ἐκλαμβάνοντες τὰς χρησ-
μὰς πλημμελῶς σκότει πεφευ-
γότες ὄντες, πολλαχοῦ τῆς τῶν
μέτρων

1 ἐν οἷς ἐχρησμῴδει ἡμῖν] MS. Reg. 2. legit ἡμῖν ἐν οἷς ἐχρησμῴδει.

1 μετὰ

μέτρων ἀκριβείας διήμαρτον· καὶ τούτῳ ἔλεγον αἰτίαν εἶναι τῆς ἐνίων ἐπῶν ἀμετρίας, τῆς μὲν χρησμῳδοῦ [1] μετὰ τὸ πεπαῦσθαι τῆς κατοχῆς καὶ τῆς ἐκπνοίας, μὴ μεμνημένης τῶν εἰρημένων· τῶν δὲ ὑποφητῶν διὰ ἀπαιδευσίαν τῆς τῶν μέτρων ἀκριβείας ἐκπεπτωκότων. Διὰ τοῦτο τοίνυν τὸν Πλάτωνα, εἰς τὰς τῆς Σιβύλλης ἀφορῶντα χρησμούς, περὶ τῶν χρησμῳδῶν τοῦτ' εἰρηκέναι δῆλον. ἔφη γοῦν ὅτως· 'Ὁ-'σοι κατορθοῦσι λέγοντες πολ-'λὰ καὶ μεγάλα πράγματα, 'μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι.

μά. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐκ ἐν ποιητικοῖς μέτροις περὶ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ ἐν τῇ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμούσῃ παιδεύσει, ἀφέμενοι λοιπὸν τῆς τῶν μέτρων καὶ λόγων ἀκριβείας, τοῖς [2] ὑπ' αὐτῆς εἰρημένοις ἀφιλονείκως προσέχοντες, γνῶτε πόσων ὑμῖν ἀγαθῶν αἰτία ἔσται, τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν σαφῶς καὶ φανερῶς προαγορεύουσα· ὃς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχων λόγος [3] ἀχώριστος δυνάμει τε καὶ εἰκόνα καὶ ὁμοιότητι

ties in accuratiore numerorum observatione erraverint; & proinde istam illi carminum quorundam inconcinnitatis attulerunt causam, quòd cùm vates ipsa, mentis emotione & afflatu libera, dictorum suorum memoriam non retinuerit: tum, qui oracula scripto mandabant, propter imperitiam, numerorum observandorum accurata ratione, exciderint. Quapropter *Platonem* in *Sibyllæ* oracula intuentem, de vatibus hoc dixisse constat, ita scribentem: *Cùm multas magnasque res recte & vere dicunt, nihil eorum, quæ loquuntur, intelligentes.*

XLI. Porro cùm non in poeticis numeris, neque in ea, quæ apud vos clara habetur, eruditione, viri *Græci*, res veri cultûs Dei sint sitæ, relictâ deinceps carminum & orationum exquisitâ ratione, ad dicta *Sibyllæ*, citra contentionis studium, animadvertentes, cognoscite tandem, quorum vobis illa bonorum futura sit conciliatrix, Servatoris nostri Jesu Christi adventum disertis verbis clarè prædicens: Qui cùm *DEI* sit *Verbum*, virtute ac potentiâ ab eo indiscretum, homine, qui juxta imaginem & similitu-

1 μετὰ τὸ πεπαῦσθαι] Rob. Steph. Διὰ τὸ πεπαῦσθαι, non absurde. SYLB.

2 ὑπ' αὐτῆς] Vulg. Ed. ὑπ' αὐτοῖς, *sub ipsis* parum apte. SYLBURG.

3 ἀχώριστος] MS. Reg. 2. ἀχώρητος.

1 Οι]

similitudinem Dei conformatus est, assumpto, ad memoriam nos priscorum parentum nostrorum religionis revocavit, quam qui ex eis prognati sunt mortales relinquentes, invidi dæmonis instructu, ad eorum, qui dicuntur, & non sunt, utpote falsorum deorum, delapsi sunt cultum. Quòd si vos addubitatio aliqua conturbet, quò minus creationi hominis credatis, eis duntaxat fidem habete, quorum vos auctoritatem sequi debere existimatis, ac scitote, oraculum vestrum à quopiam, ut hymnum & laudem omnipotentis ederet Dei, rogatum, sic illud in medio hymno cecinisse:

Quem primum finxit mortalem dixit Adamum.

Atque hymnus hic à multis, qui mihi noti sunt, asservatur, ad eos coarguendos, qui omnium testificatione confirmatæ veritati credi nolunt.

XLII. Itaque, viri *Græci*, si falsam de eis, qui non sunt, diis imaginationem salute vestra antiquiorem non habetis, credite, sicut dixi, antiquissimæ & priscæ admodum *Si-*

σιν Θεῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἄνθρωπον, τὸ τῶ ἀρχαίων ἡμᾶς προγόνων ἀνέμνησε θεοσεβείας, ἣν οἱ ἐξ αὐτῶν γενόμενοι ἄνθρωποι καταλιπόντες, διδασκαλίᾳ βασκάνῳ δαίμονος, ἀπὸ τῶ τῶν μὴ θεῶν ἐτράπησαν θρησκείαν. εἰ δέ τις ὄκνος ὑμῶν ἐνοχλεῖ πίστεως περὶ τὸ τὸ ἀνθρώπου πλάσεως, πείθησι τούτοις, οἷς ἔπι προσέχειν οἴεσθε δεῖν, καὶ γνῶτε, ὅτι τὸ παρ' ὑμῖν χρησήριον, ἀξιωθὲν ὑπό τινος ὕμνον τῶ παντοκράτορος ἐκδῦναι Θεῦ, ὕτως ἐν μέσῳ τῶ ὕμνῳ ἔφη.

[1] Ον πρῶτον πλάσεως μερόπων, Ἀδὰμ ἣ [2] καλέσασ.

Καὶ τοῦτον σώζεσθαι τὸν ὕμνον πολλοῖς ὧν ἴσμεν συμβαίνει, εἰς ἔλεγχον τῶν μὴ πείθεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων μαρτυρουμένῃ ἀληθείᾳ βουλομένων.

μϐ'. Εἰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, μὴ προτιμοτέραν ἡγεῖσθε τὸν ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας τιμῶ περὶ τῶ μὴ ὄντων θεῶν ψευδῆ φαντασίαν, πείθησθε, ὥσπερ ἔφην, τῇ ἀρχαιοτάτῃ καὶ σφόδρα παλαιᾷ

[1] Ον πρῶτον πλάσεως] *Rob. Steph.* legit πρῶτον ἀνεπλάσεως, qua lectione metrum quidem expletur, sed sententia turbatur, nisi præpositioni significationem consuetam adimas. *Lan-*gius legit, πρῶτον ὅτι πλάσεως — vel ὅτι videtur *Justini* potius esse quam oraculi. SYLBURG.

[2] καλέσασ] MS. Reg. 2. καλέσας.

[1] λόγῳ]

λαιᾷ Σιβύλλῃ, ἧς τὰς βίβλους ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ σώζεσθαι συμβαίνει, ὡὲὶ μὲν τῶν λεγομένων θεῶν, ὡς μὴ ὄντων, ἀπό τινος δυνατῆς ἐμπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης· ὡὲὶ δὲ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ μελλούσης ἔσεσθαι παρουσίας, καὶ ὡὲὶ πάντων τῶν ὑπ' αὐτοῦ γινεσθαι μελλόντων, σαφῶς καὶ φανερῶς προαναφωνούσης. ἔσται γὰρ ὑμῖν ἀναγκαῖον προγύμνασμα ἡ τούτων γνῶσις τῆς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν προφητείας. εἰ δέ τις εἴσιτο ὧδε τῶν πρεσβυτάτων παρ' αὐτοῖς ὀνομαζομένων φιλοσόφων τὸν ὡὲὶ θεοῦ μεμαθηκέναι [1] λόγον, [2] Ακμωνός τε καὶ Ερμοῦ ἀκουέτω· Ακμωνος μὲν, ἐν τοῖς ὡὲὶ αὐτοῦ λόγοις παγκρυφον τὸν θεὸν ὀνομάζοντος, Ερμοῦ δὲ, σαφῶς καὶ φανερῶς λέγοντος· ‘Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστι χαλεπὸν, φράσαι δ' ‘ἀδύνατον, ὧ καὶ νοῆσαι δυνατόν. πανταχόθεν τοίνυν εἰδέναι προσήκει, ὅτι ἀδαμῶς ἑτέρως ὡὲὶ θεοῦ ἢ τῆς ὀρθῆς θεοσεβείας μανθάνειν οἷόν τε, ἢ ὧδε τῶν προφητῶν μόνον, τῶν ἀφ' ἧς θείας ἐμπνοίας διδασκόντων [3] ὑμᾶς.

byllæ, cujus libri in universo exstant orbe, de eis, qui dicuntur, non sunt autem, diis, mirifico quodam præpotentis Numinis afflatu sortibus datis vos docenti: de futuro autem Servatoris nostri Jesu Christi adventu, ac de rebus ab eo gerendis, liquidò & apertè vaticinanti. Horum namque cognitio perneceſſaria fuerit, velut ſacrorum virorum prædictiones antecedens præmeditatio. Denique ſi quis opinetur ab antiquiſſimis quibuſque, ſicuti apud eos nominati fuerunt, philoſophis, de Deo diſcendam eſſe rationem, *Acmonem* is & *Mercurium* audiat: illum quidem, in libris de eo Deum, *prorſus occultum*, nominantem: hunc verò clarè & manifeſtè dicentem: *Deum intelligentia comprehendere difficile eſt; eloqui autem impoſſibile, ei quoque, cui intelligentiâ illum noſſe poſſibile.* Undequaque ergo & modis omnibus ſcire convenit, nullo planè pacto aliter aut aliunde de Deo, vel de recta religione diſci quidquam poſſe, quam à prophetis ſolis, qui divina inſpiratione afflati vos docent & inſtituunt.

1 λόγον] Poſt hanc vocem ſubaudiendum δεῖν aut ſimile quid. SYLB.

2 Ακμωνος] Αμμωνος legendum monuit *Caſaubonus* Exercit. 1. contra *Baronium* ſect. 10. pag. 62. col. 2. GRABE.

3 ὑμᾶς] Legi poteſt ἡμᾶς prima perſona. SYLBURG.

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Λόγος πρὸς Ἕλληνας.

SANCTI JUSTINI

PHILOSOPHI & MARTYRIS

Oratio ad Græcos.

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Λόγος πρὸς Ἕλληνας.

SANCTI IUSTINI

PHILOSOPHI & MARTYRIS

Oratio ad Græcos.

ΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ,

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ καὶ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

Λόγος πρὸς Ἕλληνας.

SANCTI JUSTINI,

PHILOSOPHI & MARTYRIS

Oratio ad Græcos.

Henrico Stephano Interprete.

α'. Μὴ ὑπολάβητε, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ἄλογον ἢ ἀνεπίκριτον εἶναί μου τὸ κατὰ τὰ ἡμέτερα ἐθῶν χωρίσασθαι. οὐδὲν γὰρ ἐν

I. NE existimate, *Græci*, nullâ me cum ratione, aut nullo cum judicio à nostris ritibus desciviſſe. Nihil enim in illis

1 Λόγος πρὸς Ἕλληνας.] De hoc primùm monendus es, vertisse me πρὸς Ἕλληνας, *ad Græcos*: sed verti etiam posse, *ad Gentes*, sive *ad Ethnicos*. (Malim enim τὰ ἔθνη vel *Gentes*, vel *Ethnicos*, quam *Gentiles* reddere.) Idemque dicendum de oratione illa quæ inscripta est Λόγος παραινετικὸς (id est *Oratio hortatoria*) πρὸς Ἕλληνας. Ne quis autem dubitet de duplici illa hujus vocabuli interpretatione, sciat, alium esse quendam ejus λόγον, dictum ἔλεγχον (is ad nostra tempora non pervenit, quod quidem sciam) qui scriptus sit itidem πρὸς Ἕλληνας, teste etiam *Eusebio*, tamen de eo ita loquitur *Photius* ac si Ἑλλήνων nomine *Ethnici* intelligerentur. Dicit enim esse λόγον κατ' ἐθνῶν συγκείμενον. H. STEPH. Imo verò ἔλεγχ. quem periisse putat *Stephanus*, est ipsa Paræneſis. Vide Spicil. Patrum Sæc. II. Tom. I. pag. 149. GRABE.

2 ἡμετέρων ἐθῶν] Dixi antea in una ex annotationibus in paginam quartam, alium hic quàm illic usum habere vocem ἔθη, & *ritus* videri satis apte reddi. Sic autem hac voce utitur & in posteriore pro Christianis Apologia initio pag. 139. εἰ δὲ ὑμεῖς ὁμοίως, τοῖς ἀνοήτοις τὰ ἔθη τοῦ ἀληθείας πρᾶξαι, πεπείσθητε ὀ δικαίως. Quum autem

illis ſanctum aut Deo acceptum inveni. Illa ſiquidem ipſa, quæ Poetæ veſtri compoſuerunt, rabiei & vinolentæ cujuſdam petulantiæ ſunt monumenta. Nam ſi quis ad eum, qui apud vos doctrinâ excellit, diſcendi gratiâ accedat, in plures

ἐν αὐτοῖς εὗρον ὅσιον ἢ θεοφιλές. αὐτὰ γὰρ τὰ τῶν ποιητῶν ὑμῶν συνθέματα, λύσσης καὶ [1] ἀκρασίας εἰσὶ μνημεῖα. [2] τῷ γὰρ ἐν παιδείᾳ παρ' ὑμῖν πεφέρχοντι φοιτῶν τις,

autem dixiſſet τὰ ἔθη, ſtatim, de re eadem loquens, δόξαν dicit: in his ἀπὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες. Ideo συνήθειαν paginâ primâ interpretatus ſum quidem *conſuetudinem*, ſed in annotatione admonui ita vocari *opinionem conſuetudine receptam*. Quibus addo, perinde eſſe ac ſi dixiſſet τὴν συνήθη δόξαν. Sed qua de re δόξαν, ſive *opinionem*? nimirum de *ritibus* ad ſuam religionem pertinentibus: ſi modo iſta adjectione opus eſt, & *ritibus* dicere ſatis non eſt. Libuit quidem certè ἔθη abſque illa adjectione & illic interpretari *ritus*. Quod & de hoc dicendum exiſtimo ejuſdem Scriptoris loco, in Apologia poſteriore, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀπὸ ὁμοφύλων λόγῳ τὰ ἔθη καὶ ἰσίας κοινὰς μὴ ποιεῖσθαι. Nam & hic ἔθη *ritus ad religionem pertinentes* ſignificare exiſtimo. Sed ibi ſcribendum videri, λόγῳ τὰ ἔθη, παραπίζας καὶ ἰσίας κοινὰς μὴ ποιεῖσθαι, antea monui. Cæterùm Chriſtianos Scriptores, in eis quæ adverſus *Ethnicorum* religionem ſcripſerunt, & ſæpe & acriter in opinionem conſuetudine receptam, ſive potius opiniones conſuetudine receptas, invectos eſſe videmus: & de conſuetudine idem dixiſſe quod apud hunc in illa prima pagina legimus; τῷ ἀπατῶντι σε συνηθείᾳ. id eſt, *Conſuetudinem, quæ te decipit*. H. STEPH.

1 ἀκρασίας] Verti hic ἀκρασίας, *vinolentæ cujuſdam petulantiæ*, quum poſſem uno eſſe vocabulo contentus, *libidinis* (quo uſus ſum paulo poſt) & cuperem etiam, meo more, eandem vocem *Græcam* eadem *Latina* diverſis in locis reddere. Sed veritus ſum ne quis hæc verba, *libidinis monumenta*, alium in ſenſum acciperet. H. STEPH.

2 τῷ γὰρ ἐν παιδείᾳ παρ' ὑμῖν πεφέρχοντι φοιτῶν τις] Quis hic eſt quem dicit apud *Græcos* doctrina excellere? Nonne *Homerus*? Neque enim dubium cuiquam eſſe poteſt, quin de eo loqui velit qui doctrina inter poetas excellit. Quicunque certè ille ſit, non malè φοιτῶν τις vertiſſe mihi videor, *ſi quis diſcendi gratia accedat*: reſpiciens etiam ad nomen φοιτητὴς, inde profectum, quo *diſcipulus* ſignificatur.

Sed cur Poetarum tantùm mentionem facit, quaſi ſoli ſint *Ethnica* Theologiæ Doctores? In illa quidem *Hortatoria* ad *Græcos* Oratione, quæ jam olim fuit excuſa, à poetis quidem *Homero* & *Heſiodo*, initium ſumit: ſed ab illis ad Philoſophos deſcendit, ad quos, tanquam ad πάνυ ὀχυρὸν, moris eſſe illis confugere ait. In fine etiam illius orationis (aut ſaltem non procul à fine) doctrinam apud eos συνήθειαν videtur appellare doctrinam Philoſophorum. Nam de Poetica non poſſe intelligi manifeſtum eſt, quum ſcribat: πλὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, ὅτι οἱ ποιητικοῖς μύθοις τὰ τῆς ἀληθοῦς θεοσεβείας πράγματα, οὐδὲ οἱ τῇ παρ' ὑμῖν συνηθείᾳ παιδεύσει. Quum hæc ita ſint, cur (inquam) poetarum tantum mentionem facit? Suſpicor integram ad nos non perveniſſe hanc Orationem: at eam, quæ erat integra, poſt

τις, πάντων ἀνθρώπων ἐστὶν [1] ἀργαλεώτατος. πρώτιστα μὲν γὰρ φασὶ τ' Ἀγαμέμνονα τῇ [2] ἧ ἀδελφῇ [3] ἀκρασίᾳ ἁπτομένῃ, λύσσῃ, καὶ ἀκαταλήκτῳ ἐπιθυμίᾳ συνεργοῦντα, καὶ τὴν [4] θυγατέρα πρὸς θυσίαν εὐδοκήσαντα δῶναι, καὶ [5] πᾶσαν παρέξαι τὴν Ἑλλάδα, ἵνα ῥύσηται τὴν Ἑλένην, ἀπὸ [6] λεπρεοῦ πεμένος ἡρπασμένην.

quàm quiſpiam hominum, difficultates delabitur. Primùm enim dicunt, *Agamemnonem*, magnæ fratris libidini, rabiei, & effræni cupiditati auxiliantem, filiam ad ſacrificium haud gravatè dediſſe, & totam *Græciam* turbaſſe, ut *Helenam* recuperaret, quæ à paſtore rapta erat.

Quum

poſt poeticam doctrinam mentionem Philoſophicæ quoque feciſſe. H. STEPH.

1 ἀργαλεώτατος] Mirum eſt quàm ſuerit mihi ἀργαλία hujus nominis ἀργαλιώτατος interpretatio: quum *Græci* ſermonis conſuetudo poſtulet ut aliqua res dicatur ἀργαλία, ſive aliquid dicatur ἀργαλέον, non autem quis dicatur ἀργαλέος. In hac igitur difficultate ad hanc ipſam vocem *difficultates* confugi: ita locum hunc reddens, *in plures* (ſive *in majores*) *quam quiſquam hominum difficultates delabitur.* Intelligo autem eum in difficultates multas, ſeu magnas delabi, aut difficultatibus multis conflictari, quòd multa apud Poetam illum occurrant, quæ rationi minimè conſentanea, ſed potius abſurda videntur.

Sed cur de *Homero* loquens ſolo, φασὶ dicit? Nam loquutus quidem eſt de pluribus Poëtis, ſed ab iis ad *Homerum* tranſiit, & facta ejus mentione dicit *φασί*. Videndum igitur ne ſcribendum ſit: τῷ δὲ οἱ ὑμῖν πρὸ ἡμῶν καὶ τοῖς ἄλλοις ποιηταῖς τις &c. Fateor alioqui in ſequentibus itidem *φασὶ* legi, quum de *Heſiodo* tantum loquutus fuerit. Verum fieri poteſt ut malè pro *φησὶ* ſcriptum ſit. At in illo altero loco ne *φησὶ* legamus hoc etiam obſtat, quod ab *Homero* nulla ejus rei quam hic refert, fiat mentio, *Agamemnonem* videlicet filiam ſuam (cui nomen erat *Iphigenia*) mactandam dare non recuſâſſe. H. STEPH.

2 ᾗ ἀδελφῇ] *Menelai* ſc. cujus uxore *Helena* à *Paride* rapta tantum ab *Agamemnone* cæteriſque *Græcis* adverſus *Trojanos* exorſum eſt bellum.

3 ἀκρασίᾳ ἁπτομένῃ, &c.] Non male ſic diſtinxeris, ἀκρασίᾳ, ἁπτομένῃ λύσσῃ, καὶ ἀκαταλήκτῳ ἐπιθυμίᾳ: membra ſane numeroſiora efficit hæc diſtinctio. SYLBURG.

4 θυγατέρα] *Iphigeniam*, quam *Agamemnon Dianæ* mactavit, ut exercitui ſuo, qui Deæ iſtius irâ in *Aulide Bœotiæ* detinebatur, profectionem liberam impetraret. POTTER.

5 πᾶσαν παρέξαι τὴν Ἑλλάδα] Non enim una aliqua urbs, ſed tota fere *Græcia* ſeu ſponte, ſeu metu *Agamemnonis*, qui tum potentia & opibus florebat, coacta, *Trojanæ* expeditionis particeps fuit. POTTER.

6 λεπρεοῦ] Vocem λεπρεὸς mendoſam eſſe conſtat, quæ ideo abſque accentu à me hic ſcripta fuit. Ac initio quidem ex aliqua voce depravatam eſſe putabam, quæ nomen loci eſſet unde *Helena* rapta fuit: ſed ſi eam eſſe λεπρεὸν dicamus, oportebit aliud quoddam fuiſſe *Lepræum* quàm cujus mentionem à Geographis fieri vidimus: deinde addenda erit præpoſitio ἀπὸ, quæ cum πεμένος jungatur. Quamobrem non diſplicebit

ſortaſſe

Quum autem bello etiam ſuperveniente captivos abduxerunt, ipſe *Agamemnon* à *Chryſeide* captivus abductus eſt, & adverſus *Thetidis* filium propter *Briſeidem* inimicitias ſuſcepit. Ipſe autem *Pelides*, qui fluvium ſaltu tranſiliit, qui *Trojam* evertit, qui *Hectorem* in poteſtatem redegit, veſter ille heros, *Polyxenæ* ſervitutem ſerviebat, ab *Amazone* mortua ſuperatus erat.

ὁπότε ἢ κὴ ⸗ πολέμῳ καταχόντες αἰχμαλώτους ἤγαγον, αὐτὸς [1] Ἀγαμέμνων ὑπὸ [2] Χρυσηίδ⸗ αἰχμάλωτος ἦγετο, [3] πρὸς τ Θέτιδ⸗ παῖδα Βρισηίδ⸗ ἔνεκεν ἔχθραν ἤρατο. αὐτὸς ἢ Πηλεϊάδης, ὁ [4] ποταμὸν πηδήσας, [5] Τροίαν καθαιρέψας, Ἕκτορα χειρωσάμεν⸗, Πολυξένης ὁ ἥρως ὑμῶν δοῦλος ἦν, ὑπὸ [6] Ἀμαζόν⸗ νεκρᾶς νενίκητο. τὰ θεότευκτα

fortaſſe *Iſaaci Caſauboni* conjectura, ἀπ' ὀλίβρυ ποιμένος ſcribentis. Sed malim tamen ὑπὸ ὀλίβρυ ποιμένος. H. STEPH. Alioqui ſi λιπαρῦ retineamus, epitheti hæc erit ratio, quia paſtores ut plerumque ſordidi ſunt, & olidi, ita & ſcabri. *Iſraelitis* ſane paſtoribus lepræ crimen ab *Ægyptiis* affictum ait *Theophilus*. SYLBURG. Si cui autem diſpliceat hæc lectio, quæ mihi videtur tolerari poſſe; is facili mutatione ſcriba λιπαρῷ, h. e. *nitidi, elegantis*. Nam *Paridis* mollities pene in proverbium abiit. POTTER.

1 Ἀγαμέμνων ὑπὸ Χρυσηίδος] Feſtive dicitur abductus captivus à *Chryſeide*, qui ejus amore captus erat. Hoc autem captivitatis genus quale ſit, ſatis ſuperque Poetæ (elegiaci præſertim) docent. H. STEPH.

2 Χρυσηίδος] Fabula de *Chryſeide* & *Briſeide*, captivis puellis, de quibus inter *Agamemnonem* & *Achillem* lis orta eſt, Iliade α'. ferè tota deſcribitur. POTTER.

3 πρὸς τ Θετίδος] Præpoſitioni voculam κὴ præfigo. H. STEPH.

4 ποταμὸν πηδήσας] Cujuſdam *Achillei* ſaltus cum alii mentionem fecerunt, tum vero *Lycophron* Πηλασγὸν ἅλμα vocant. Intelligit enim τὸ Θετταλικὸν πήδημα, videlicet τὸ Ϝ Ἀχιλλέως: qui fuit Πελασγὸς & quidem Θετταλὸς ut Scholiaſtes ſcribit, apud quem vide plura. Sed vel alius fuit ille *Saltus* de quo loquitur *Juſtinus*, vel mendosè Ποταμὸν apud eum legitur. H. STEPH. Ποταμὸν πηδήσας, *qui in fluvium inſiluit*: *Scamandrum* nempe, in quem *Achilles*, cum ejus fluenta cadaveribus à ſe cæſis pene obſtruxiſſet, inſiluit: referente *Homero* Il φ'. v. 133.

Ἡ καὶ Ἀχιλλεὺς ἅ δυσκλυτὸς ἐνδοθι μίσου,
Κρημνοῦ ἐπᾴξας.——

Pag. 42. Τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐκελήθη] *Si qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illâ, non dimittat eum: ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem*, &c. *Unde enim ſcis mulier, ſi virum ſalvum facies?* 1 Corinth. VII. LANG.

Ibidem Ρεπόδιον δῶσαι] Scilicet non viris duntaxat uxores repudiare legibus erat conceſſnm, ſed & mulieribus à maritis hoc pacto divertere licebat. Teſtimonia eam in rem tùm ex profanis tùm ſacris collecta ſcriptoribus videſis apud Juſtellum, Notis iu Codicem Canonum Eccleſiæ univerſæ, ad can. CV. KORTHOLT.

Ibidem Κατηχήσεων πεπείνται] Ita ſcilicet contigere, quæ prædixerat olim Servator, Matth. X. 21. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. Baſilius M. agens de perſecutione, quâ martyrium conſummavit Gordius Centurio, homil. XIX. καὶ πατὴρ, inquit, παιδοδόκος πῶδα, καὶ πατέρα ὑὸς κατεμάνυεν, ἀδελφοὶ κατ᾽ ἀλλήλων ἐμαίνοντο· καὶ δοῦλοι δεσπότης ἑαυτῶν ἐπανίσταντο. Δεινὴ δέ τις νὺξ κατειλήφει τὸν βίον, πάντων ἀγνοησάντων ἀλλήλους ὑπὸ τῆ ἀφρόνου φρενοβλαβείας. *Prodebat Pater filium; patrem filius accuſabat; frater adverſus fratres inſaniebat: ſervus domino inſultabat. Adeò diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, ut, velut in tenebris agentes, ſeſe minimè cognoſcerent.* Hieronymus, deſcribens vitam Pauli Eremitæ; *Cum perſecutionis procella detonaret*, ait, *in villam remotiorem & ſecretiorem ſeceſſit. Verùm maritus ſororis ipſius cæpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illum uxoris lachrymæ, non communio ſanguinis, non ſpectans cuncta ex alto Deus, ab ſcelere revocavit.* KORTHOLT.

Ibidem Ομολογήσαντα ἑαυτὸν εἶναι χρισιανὸν] Tertullianus Apolog. cap. I. & lib. I. ad Nation. cap. I. *Interrogatus* Chriſtianus, *vel ultrò confitetur.* Idem Apolog. cap. II. *Hoc ſum, inquit* Chriſtianus, *quod quæris an ſim?* Juſtinus noſter Apologiâ alterâ: παρὰ τὸ διδασκάλε Χρισε μὴ δρονεῖος ἐξεταζόμενοι (οἱ Χρισιανοὶ) παρομολεύονται. Vide Matth. X. 33. Marc. IIX. 38. Luc. IX. 26. XII. 8. KORTHOLT.

Pag.

Pag. 43. *Μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον*] Non ſine cauſa hæſitaſſe ſe ſcribit, ad Trajanum, Plinius, epiſt. XCVII. libri X. in Chriſtianis (quorum cauſas in Bithynia tunc cognoſcebat) *nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur?* Nempe adeo iniquè in judicio cum noſtris agebant Ethnici, ut ob ſolum nomen ipſos condemnarent. Unde Tertullianus meritò queritur, *nominis prælium* eſſe, quod cum CHRISTI militibus Satanæ miſceant mancipia: & cur tam inviſi ſint Chriſtiani, *non ſcelus aliquod in cauſa eſſe, ſed nomen*: item, Paganos id agere, *ut nomen inimicum, præſumtis non probatis criminibus, de ſuâ ſolâ confeſſione damnetur*; Apolog. cap. II. ubi etiam inter alia, *Chriſtianis ſolis*, inquit, *nihil permittitur loqui, quod cauſam purget, quod veritatem defendat, quod Judicem non faciat injuſtum: ſed illud ſolùm exſpectatur, quod odio publico neceſſarium eſt, confeſſio nominis, non examinatio criminis.* Et ſub capitis finem: *Quid de tabellâ recitatis illum Chriſtianum?* (vide Euſebium Hiſtor. Eccl. lib. V. cap. I. lib. IV. cap. XV.) *cur non & homicidam?* — *In nobis ſolis, piget aut pudet ipſis nominibus ſcelerum pronunciare? Chriſtianus ſi nullius criminis reus eſt, nomen valde infeſtum, ſi ſolius nominis crimen eſt.* Adde caput III. ubi ait: *Ita plerumque clauſis oculis in odium* hominis Chriſtiani *impingunt, ut, bonum alicui teſtimonium ferentes, admiſceant nominis exprobrationem. Bonus vir Cajus Sejus; tantùm quòd Chriſtianus.* Ac rurſum: *Inquiſitione & agitatione neglectâ, nomen denotatur, nomen expugnatur; & ignotam ſectam, ignotum & auctorem, vox ſola prædamnat, quia nominantur, non quia revincuntur.* Eodem Clemens reſpicit Alexandrinus, quando, ſub initium libri VII. Stromatum, ἀμαθείας Gentiles poſtulat, utpote εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν διώκοντας τὄνομα. Similiter huc pertinet, quod capite Apologetici XLVI, diſquirens Septimius, quare, cùm Gentiles Philoſophi, ipſismet dicentibus Paganis, Chriſtianiſmo conformiter multa tradant & faciant, illis hoc liceat impune, non verò Chriſtianis? ſolam nominis diverſitatem in cauſa eſſe ait: *Philoſophos* enim eos cognominari, non *Chriſtianos.* Quod ipſum etiam Juſtinus noſter affirmat Apologiâ ſuâ alterâ, τὰ ὁμοῖα, inquiens, τοῖς Ἕλλησι λέγοντες, μόνοι μισούμεθα δ' ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Confer præterea quæ leguntur apud Tertullianum Apolog. cap. I. IV. XLIV. & lib. I. ad Nat. cap. III. IV. Athenagoram in Apologiâ, Tatianum contra Græcos, Sozomenum lib. II. cap. IX. ubi memorabilis habetur hiſtoria de Uſthazare, Perſarum Regis Eunucho. Qui cum Chriſtianæ fidei cauſa ſupplicio eſſet afficiendus, à Rege obtinuit, ut Præconis voce ediceretur: Οὐθαζάρης τῷ κεφαλῷ ἀποτέμνεται, μοχθηρὸς μὲν ἐδουλώθη ἔν τινι ἐν τοῖς βασιλείοις φανείς· Χριστιανὸς δ' ὢν, καὶ τὸ ἴδιον θεὸν ἀρνησάμενος τῷ βασιλεῖ μὴ πειθόμενος. *Uſthazares capite plectitur; non quod ulla ratione flagitioſus in aula Regiâ ſit deprehenſus; ſed quia Chriſtianus eſt, Regique in hoc obtemperare non vult, ut Deum ſuum negare ſuſtineat.* KORTHOLT.

Ibidem Ὁ δὲ καὶ χαίρειν εἰδέναι ὡμολόγει] Tertullianus Apolog. cap. I. & lib. I. ad Nat. cap. I. *Si denotatur* Chriſtianus, *gloriatur; ſi trahitur, non ſubſiſtit; ſi accuſatur, non defendit; interrogatus vel ultrò confitetur; damnatus gratias agit.* Apolog. cap. I. *Sententiis veſtris gratias agimus.* Qua quidem gratiarum actione animi ſui æquitatem teſtari voluiſſe Chriſtianos, idem docet Tertullianus Apolog. cap. XLVI. *Si de æquanimitate congrediar*, inquiens, *Lycurgus apocarteresin optavit, quod leges ejus Lacones emendaſſent: Chriſtianus etiam damnatus gratias agit.* Nec Judici tantùm, ſed & Deo ſolebant gratias agere, qui ob fidem Chriſti moriebantur, de quo infra, ad verba: τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες. KORTH.

Ibidem Πάντες ἐν ἑαυτοῖς φρονήσαντες] Hoc fuit Arrii Antonini conſilium, Aſiæ Proconſulis. Is enim, cùm in quadam provinciæ ſuæ civitate de Chri-

ſtianis quæſtiones haberet, & verò omnes illius loci fideles ſponte ſua ad tribunal concurrerent, ſeque Chriſtianos profiterentur, paucis duci juſſis, reliquos ita compellavit: ὦ δειλοὶ, εἰ θέλετε ἀποθνήσκειν, κρημνὸς ἢ βρόχος ἔχετε. *O miſeri ſi vultis mori, præcipitia aut reſtes habetis.* Vide Tertullianum ſub finem libri ad Scapulam. Ceterum rectè diſputat Juſtinus, non eſſe hominis Chriſtiani, ſibi ipſi mortem conſciſcere. Eandemque in rem Lactantius etiam, Inſtitut. lib. VI. cap. XVII. *Virtus eſt*, ait, *mortem contemnere; non ut appetamus, eamque ultrò nobis inferamus; ſicut Philoſophorum plurimi & maximi ſæpe fecerunt; quod eſt ſceleratum ac neſarium; ſed ut, coacti Deum relinquere, ac fidem prodere, mortem ſuſcipere malimus.* Confer quæ idem habet Lactantius lib. III. cap. XIIX. & vide præterea Auguſtinum de Civ. Dei lib. I. cap. XVII. XX. ſeqq. Refer item huc quæ notamus infra ad verba: ἑαυτὸν κατηγόρει φονοσόμου. KORTHOLT.

Pag. 43. Τὸν κόσμον πεποιηκέναι τὸν θεὸν—ἕνεκα τοῦ ἀνθρώπου γεγόνου] *Mundum Deus homini, non ſibi fecit.* Tertull. adverſus Marcion. lib. I. *Illius enim causâ facta ſunt omnia.* Lactant. lib. II. LANG.

Ibid. Τῆς ἀδίκου πολυψίας] Quemadmodum Chriſtianam religionem *præſumtionem* vocabant & *perſuaſionem* Ethnici, ſic iiſdem viciſſim πολυψίαν hæc tribuit Juſtinus: uti *præſumtionem* Auguſtinus Confeſſ. lib. VII. cap. XX. *præſumtionis errorem funeſtum* Jul. Firmicus de errore prof. Religg. *ineptam perſuaſionem* (quam ipſam totidem ſyllabis Cæcilius apud Minucium Chriſtianis exprobat) ac *perſuaſionem ſtultam*, lib. II. cap. I. Lactantius, qui & mox, libri hujus cap. II. de illis ſcribit, quod *infecti ſint perſuaſione*; ac lib. V. cap. XIX. quod, *inhærentes perſuaſioni vulgari libenter errent*; libro item III. cap. XXVI. quod *nihil apud eos certi, nihil quod à ſcientia veniat: ſed omnia conjecturis agantur*; lib. I. cap. XXXIII. quod *bonorum ignorantia vagentur incerti.* Adde quæ idem diſputat lib. III. cap. I. ſeqq. Similiter *ſuſpicionem* Paganis objicit Tertullianus lib. II. ad Nationes cap. I. ac II. & Arnobius lib. II. contra Gentes, *Conjicitis*, ait, *non ſcitis: Suſpicamini: non tenetis. — Suſpicione utimini, non cognitionis expreſſæ fide. — Et iſta veſtra, qua fiditis, pro ignoratione eſt habenda ſuſpicio.* Porro Auguſtinus etiam Enchiridio ad Laurentium cap. IX. de Græcorum dicit Philoſophis; quod plura *opinentur* potiùs, quàm *ſciant*; ac Cyrillus Alex. contra Julianum lib I. quod verius ſint τυφῶσι, quàm τῆς ἀληθείας ἀφηγούμενοι. Confer quæ habet Juſtinus noſter Paræn. ad Græcos, & dial. cum Tryphone, Tertullianus lib. de Anima cap. II. Euſebius Præpar. lib. IV. cap. III. & inprimis libb. XIV. XV. Theodoritus Therap. lib. I. Prudentius in Romano, ſ. hymn. XIV. 296. 371. KORTHOLT.

Ibidem Εἰ δέ τινα ὑπέλθοι καὶ ἡ ἔννοια αὕτη] Arnobius, ſub finem libri II. Paganos ita ſiſtit loquentes: *Cùm omnipotenti ſervitis Deo, & eum habere confiditis ſalutis atque incolumitatis veſtræ curam, cur perſecutiones patitur perpeti vos tantas, atque omnia genera pœnarum & ſuppliciorum ſubire?* & Lactantius lib. V. cap. XXI. *Cur Deus ille ſingularis, ille magnus, quem rerum potentem, quem Dominum omnium confiteris, hæc fieri patitur; nec cultores ſuos vindicat, aut tuetur?* Similiter Minucius Felix ſuum illum Cæcilium hæc effutientem introducit: *Ecce, pars veſtrum, & major, melior, ut dicitis, egetis, algetis opere, fame laboratis: & Deus patitur, diſſimulat; non vult, aut non poteſt opitulari ſuis: ita invalidus aut iniquus eſt. — Ecce vobis minæ, ſupplicia, tormenta, etiam non adorandæ, ſed ſubeundæ cruces; ignes etiam, quos & prædicitis & timetis. Ubi Deus ille, qui ſubvenire reviviſcentibus poteſt, viventibus non poteſt?* Eodem pertinet, quod Gentiles, apud Euſebium, Hiſtor. Eccl. lib. V. cap. I. etiam mortuis canibuſque objectis Chriſtianis

ſtianis ſic inſultant πῦ ὁ Θεὸς αὐτῶν; καὶ τί αὐτοὺς ὄνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ μετὰ τὰς ἑαυτῶν εἵλοντο ψυχάς; *Ubi eſt Deus eorum? & quid illis profuit hæc religio, cui vitam etiam ſuam poſtpoſuerunt?* Ceterum quo pacto ſcommatibus iſtis obviam ſit itum, non ſolùm è Juſtino noſtro, (cujus quoque heic videatur dialogus cum Tryphone) ſed ex auctoribus modo citatis diſcere licet. Quibus adde Cyprianum lib. ad Demetrianum, & epiſt. IIX. Clementem Alex. Strom. IV. Chryſoſtomum homil. IV. ad populum Antioch. Auguſtinum de Civ. Dei lib. I. IIX. XXIX. Gaudentium Brixianum præf. in opuſcula ad Benevolum, Salvianum lib. VI. de Providentia. KORTHOLT.

Pag. 44. Τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν προνοίαν ἀγγέλοις] Theologorum nonnulli ab initio Deum cum feciſſet mundum, præpoſuiſſe illi quaſdam cœleſtium Virtutum poteſtates ſcribunt, quibus regeretur, ac diſpenſaretur mortalium genus, juxta illud. *Cum divideret excelſus gentes, ſtatuit earum terminos ſecundum numerum angelorum Dei.* Deut. 32. Sed horum nonnulli, ſicut & ipſe qui princeps appellatus eſt mundi datam ſibi à Deo poteſtatem non iis quibus acceperant legibus temperarunt: nec humanum genus divinis obedire legibus, ſed ſuis parere prævaricationibus docuerunt. Unde adverſus nos peccatorum chirographa compoſita. Nam ut Propheta teſtatur *peccatis noſtris venundati ſumus. Et animæ ſuæ pretium capit unuſquiſque, ubi voluptatum titillationes expleverit.* Cælius Rhodiginus lib. I. Antiq. cap. II. Sed enim angelum prævaricatorem antea luciferum, cum cohorte ſua cœlo deturbatum, humano generi malorum omnium autorem eſſe certiſſimum Eſt.

Hinc natale caput vitiorum principe ab illo
Fluxit Origo mali, qui ſe corrumpere primum
Mox homines didicit, nullo informante Magiſtro, &c.

Prudentius in Hamartigen.

Auguſtinus tradit *multos experientia magiſtra didiciſſe Sylvanos & Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos ſæpè extitiſſe mulieribus earumque appetiſſe & peregiſſe concubitus, & maximè dæmones quos Galli Duſios nuncupant.* Cum vero legimus, *angelos Dei videntes filias hominum quòd pulchræ eſſent, accepiſſe uxores ſibi,* Gen. 6. non ità idem accipiendum eſſe cenſet, *angelos Dei fuiſſe ut homines non eſſent, ſicut quidam putant. Homines enim fuiſſe ſcriptura declarat*, quando dixit Deus, *non permanebit ſpiritus meus in hominibus his in æternum, propterea quod caro ſunt.* Cælius ibid. cap. XXVII. Auguſt. de Civit. lib. XV. cap. XXIII. *Nemo vero voluptuariorum hominum, ex ignorantiâ, angelorum inſtituat accuſationem, occaſionem ſumens ad blaſphemiam illud quod à Sapientiſſimo* Moſe *in* Hiſtoria *eſt ſcriptum quod filii Dei videntes filias hominum formoſas eſſe, ex eis uxores duxerint. Extremæ enim eſt veſaniæ angelis hominum accommodare libidinem. Duo tum erant hominum genera,* Cain & Seth *& Cain quidem erat execratum genus:* Seth *autem vera Religio curæ fuit.* Enos *enim ejus Filius cœpit invocare nomen Domini Dei,* Gen. 5. *Exinde ex eo progeniti liberi filii Dei nominati generis* Cain *averſati ſunt commiſtionem. Multis deinde exactis annis, cum venuſtas eſſe cernerent eorum Filias, piorum poſteri formâ eorum capti, paternam tranſgreſſi ſunt legem & animos ad ipſas adjecerunt; atque ita commiſtio prævitatem induxit. Quo circa quando audimus ſacras literas dicentes, quod filii Dei ingreſſi ſint ad Filios hominum haudquaquam inſimulemus angelos incorporeos. Homines enim prævaricationem hujuſmodi commiſerunt filii Dei nominati. Et quod hoc ſic habeat teſtis eſt ipſe univerſi hujus Deus ita dicens: non permanebit Spiritus meus in hominibus iſtis, propterea quod caro ſunt.* Et rurſus idem Hiſtoriographus: *Et vidit Dominus terram & ea erat corrupta: quoniam corruperat omnis caro viam ſuam in terra. Et ad* Noën *Deus Univerſitatis*

ait:

ait: *Ecce Ego perdam carnem omnem. Et cum præcepiſſet fieri arcam, ſubdidit; Te inveni juſtum in generatione iſtâ. Sane quidem ſi angeli peccaſſent non homines multaſſet Juſtitiæ legiſcr: & quidem homines non decem & viginti & centum, ſed infinitas eorum myriades.* Theod. in Epit. divin. dogmatum. LANG.

Pag. 44. Δι' αὐτῦ πάντα ἔκτισε καὶ διώρισε] Conformavit ornâvit: κέχρηται, διανοίαν. *Exorſus Deus fabricam mundi filium præfecit operi univerſo; eoque ſimul & conſiliatore uſus eſt, & artifice in excogitandis, ornandis perficiendiſque rebus: quoniam is eſt* & providentia, *& prudentiâ, & ratione & poteſtate* perfectus. Lactant. Lib. II. Plato quoque in Epinomide *divinißimum verbum mundum viſibilem exornaſſe dicit.* LANG.

Pag. 46. Εἴτε γὰρ καθ' εἱμαρμένην.]

Non ſit ſponte bonus, cui non eſt prompta poteſtas
Velle aliud, flexoſque animi convertere ſenſus.
—— *Quoniam probitate coactâ*
Gloria nulla venit ſordetque ingloria virtus.
Prudent. in Hamartigenia.
—— *Dicant cur condita ſit lex*
Bis-ſex in Tabulis: aut cur rubrica minetur
Quæ prohibet peccare reos, quos ferrea fata
Cogunt ad facinus, & inevitabile mergunt.
Quin & velle adigunt pravum inſinuantia votum,
Ne liceat miſeris vetitum committere nolle.
Cedite, ſi pudor eſt, gladiumque retundite veſtrum.
Aſpera nil meritos pœnis plectentia jura,
Antrum carcereum diſſolvite: Corpora ſub quo
Agminis innocui, fato peccante, tenetis.
Nemo nocens ſi fata regunt quod vivitur, ac ſit.
Imo nocens, quicunque volens, quod non licet, audet:
Alterutrum quia velle ſuum eſt, nec fata reatum
Imponunt homini ſed ſit reus ipſe ſuopte
Arbitrio, placitumque nefas, & facta rependit
Impia, ſuppliciis merito, non ſorte peremptus.
Quique putat fata eſſe locum ſciat omniparentem,
Eſſe Deum, nullis vetitum fatalibus aſtris,
Nec præſcripto aliquo pellit pia vota matheſis.
—— *nil ſunt fatalia; vel ſi*
Sunt aliqua, oppoſito vaneſcunt irrita Chriſto.

idem lib. II. contra Symmachum. De Libero arbitrio, Epiphanii ſententia contra Phariſæos: *Poſtrema ipſis eſt tenuitas & ſtoliditas, & non vulgaris quidem reſurrectionem confitentibus, & juſtum judicium ſtatuentibus, quòd fatum eſſe dicunt, geneſinque, & veſanum aſtronomiæ ſtultiloquium in vitam hominum introducunt. Quomodo enim judicium eſſe poteſt & fatum? Duorum namque alterum conſtare neceſſe eſt, ut vel geneſi obtinente judicium non conſiſtat propterea quod qui agat, non à ſeipſo agat, ſed per neceſſitatem, quam ſuperare nequeat fatalem: vel judicio conſiſtente, & in veritate minas intentante; & legibus judicantibus, & eis qui improbe facium vindictam ſuſtinentibus, ſimulque & jure juſtitiæ, & judicio Dei veritatis laudem ex profeſſo obtinente, fatum otioſum ſit, neque ullo prorſus modo ſubſiſtat. Quandoquidem per id quod peccare quiſquam poſſit, & non peccet, & per id quod peccare non poſſit, peccet tamen: hoc propter peccata pœnam per vindictam pendente, illo propter benefacta laudem reportante, utriuſque conſtituta eſt differentia ut una etiam voce juſta,*

in

in compendiosa veritate, per Esaiam *prophetam ex personâ Domini promulgatum illud verbum proloqui liceat: si volueritis, & audieritis me, bona terræ commedetis: sin nolueritis, neque audieritis me, gladius devorabit vos: Os enim Domini loquutum est ista.* Esa. 1. *Itaque manifestum, evidens, & indubium est unicuique liberum arbitrium concessum esse à Deo, qui per seipsum dixerit istud: si volueritis, & si nolueritis: ut penes hominem sit bene facere vel pravum operari.*

Liberum (inquit Hieronymus) *servat arbitrium, ut in utramque partem non ex præjudicio Dei, sed ex meritis singulorum vel pœna vel præmium sit.*

Liberum arbitrium (τὸ αὐτεξέσιον) *Deus Adæ dedit & unusquisque sibi ipsi fit peccati autor* Epiphan. contra Ariomanit.

Non cogit esse quempiam bonum Deus:
In libera sed est situm sententia
Cujusque rebus ut bonus sit omnibus.
Οὐ γὰρ Θεὸς σε σωφρονεῖν ἀναγκάσῃ,
Ἐν τῇ προαιρέσει δὲ κεῖται γνώμη βροτῶν
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντα ἀεί.
Electionis liberæ sunt omnia,
Nam servat invitum Deus vi neminem.
— ὡς τὸ πᾶν προαίρεσις,
Θεὸς γὰρ οὐκ ἄκοντα σώζει βίᾳ. Greg. Theol. in Christo patiente.

De eodem libero arbitrio memorabilis est illa quoque Macarii Ægyptii sententia in Homil. XV. *Vera,* inquit, *mors intus est in corde, & abscondita est, & internus homo mortificatus est. Itaque siquis transiit ex morte in vitam, secundum id quod absconditum est: is vere in secula vivit & non moritur. Etenim corpora talium hominum ad tempus solvuntur, rursus tamen excitantur in gloriâ; sanctificata namque sunt: Idcirco somnum & dormitionem dicimus esse Christianorum mortem. Quòd si homo immortalis, & incorruptibilis esset corpore, videns hoc mundus universus tanquam rem inopinabilem (παράδοξον) quòd scilicet Christianorum corpora non corrumperentur; necessitate quâdam & non voluntariâ sententia (ἐκ ἐκουσίας γνώμης) non libero arbitrio, ad bonum is accederet. Cæterum ut semel, & omnino resonet & permaneat delectus, & arbitrii libertas (τὸ αὐτεξέσιον) quam primitus homini dedit Deus. Ea propter dispensatione sua (οἰκονομικῶς) res administrantur & corporum solutio fit, ut in voluntate hominis situm sit, ad bonum ipsum vel malum converti. Neque enim vel perfectus in bono, vel profundus in peccato, & faciens seipsum vas diaboli, sub quo universitas (τὸ ὅλον) est condemnata necessitate quapiam est devinctus, sed libertatem obtinet ut fiat vas electionis & vitæ. consimiliter rursum qui inebriati sunt in Deitatem, quamvis impleti & devincti sint Spiritu Sancto, non necessitate aliqua destinantur: Sed liberum habent arbitrium & potestatem, ut convertantur, & faciant quod volunt in seculo isto.*

Dei donum est sapientia (Θεόσδοτος ἡ σοφία) *virtus patris: & excitat illa in nobis liberum arbitrium, excipit vero fidem, & electionis intentionem* (ἐπίστασιν) *summa remuneratur communicatione: sive pater ipse ad se trahit quemque purè viventem, & in cogitationem beatæ & immortalis naturæ venientem: sive liberum in nobis arbitrium ad boni pertingens notionem exultat, & septa* (quod in gymnasiis dicitur) *transilit minimè tamen absque singulari gratia erigitur, exurgit, & super eminentia extollitur anima, quicquid grave est deponens, & ei quod cognatum est reddens.* Clemens libro 5. Stromat.

Verùm

Verùm enimverò ad cœleſtis Hieruſalem conſortium non aſcendunt, niſi qui toto corde profitentur, non eſſe proprii operis, ſed divini muneris quod aſcendunt. Auguſt. in Proſperi ſententia. LANGUS.

Pag. 46. Διὰ τὸ ἔμφυτον παντὶ γένει ἀνθρώπων σπέρμα τῦ λόγυ] Infra dicit: οἱ γὰρ συζηφεῖς πάντες, ἀφ' ὧν τῆς οὐσίας ἐμφυτε τῦ λόγυ σπορᾶς, ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὸ ὄν. Et Apologia altera: παρὰ πᾶσι σπέρμασι ἀληθείας δοκεῖ εἶναι. Eandem in rem Origenes libro I. contra Celſum, ἐδὲν θαυμαστὸν, ſcribit, τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἅπερ ἐδίδαξε διὰ τῶν Προφητῶν καὶ τῦ σωτῆρος, ἐγκατασπαρκέναι ταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων ψυχαῖς· ἵν' ἀναπολόγητος ᾖ ἐν τῇ θείᾳ κρίσει πᾶς ἄνθρωπος, ἔχων τὸ βέλημα τῦ νόμυ γεγραπτὸν ἐν τῇ ἑαυτῦ καρδίᾳ. *Non eſt mirandum, eundem Deum, eorum, quæ per Prophetas & Servatorem docuit, ſemina indidiſſe omnium mortalium animis; ut in divino judicio omnis homo ſit inexcuſabilis, habens mentem legis ſcriptam in corde ſuo.* Spectatque eodem, quod Tertullianus, libro de Anima cap. II. ubi dixiſſet: *Planè non negabimus, aliquando Philoſophos juxta noſtra ſenſiſſe*; paulò pòſt ſubjungit: *Naturâ pleraque ſuggeruntur, quaſi de publico ſenſu, quo animam Deus dotare dignatus eſt.* KORTHOLT.

Ibidem Ἡράκλειτος μὲν] Origenes loco jamjam laudato: Λεκτέον, ὅτι ὁμοίως τῇ ἄλλων ἠθικῷ τόπῳ ἐγκατεσπάρησαν τοῖς ἀνθρώποις ἔννοιαι, ἀφ' ὧν ὁ Ἡράκλειτος, καὶ εἴ τις ἄλλος Ἑλλήνων ἠβαιοτέρων τῦτ' ἐνενόησε κεκοινωνήκασιν. *Dicendum, inſitum eſſe hominibus ejus rei ſenſum, quemadmodum moralis diſciplinæ reliquiæ, unde hanc opinionem* (de non adorandis ſculptilibus) *hauſit & Heraclitus, & quivis alius vel Græcus vel Barbarus.* KORTHOLT.

Ibidem Ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς] *Inter eos qui ſeculo noſtro, atque in hac urbe fuere.* Poteſt hoc quoque ſimpliciter verti *inter noſtros*, Chriſtianos ſcilicet; ut intelligamus Muſonium inter Chriſtianos cenſum eſſe, ſicuti Senecam Muſonii æqualem Hieronymus in Chriſtianorum Academiam & ſanctorum catalogum aſcivit. Muſonius autem Capitonis filius, Tyrrhenus, Dialecticus & Stoicus Philoſophus fuit, ſub Nerone, à quo propter dicendi libertatem eſt damnatus, & muris tum Romæ curandis præfectus fuit, cùm eum exulare Nero juſſit. Ad Muſonium extant Apollonii, atque hujus rurſum ad illum epiſtolæ: Et circumferuntur plures libri ejus philoſophici & epiſtolæ. Meminit ejus in quadam Epiſtola Apoſtata: *Contumeliam, qua nobis illuſit Græciæ præſes, leviter admodum tuliſti, nihil eam reputans ad te pertinere. Civitati ei in qua vixeris, providere & conſulere velle, philoſophici planè eſt animi indicium: Quapropter prius illud quidem* Socrati *convenire videtur, poſterius autem* Muſonio. Suid.

Locus iſte de perſecutione & oppreſſione innocentium & bonorum, fuſiùs tractatus eſt in *Athenagoræ* Apologia. LANG.

Ibidem. Καίγε ἐν εὐσεβοδοξᾷ] Ex hoc loco inter alia apparet, fruſtra eſſe Joſephum Scaligerum, quando, in Animadverſione ad Chronicon Euſebii, num. MMCLVII. Apologiam Juſtini; quam M. Antonino nuncupatam eſſe Euſebius aliquoties memorat, non extare ſcribit, idque palam eſſe ait: Etenim Euſebius, poſtquam dixiſſet libro IV. Hiſtoriæ Eccl. cap. XVI. Juſtinum δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δυσμενῶν βιβλίον M. Antonino & Lucio Vero obtuliſſe, ſtatim ex eodem illo libro verba hæc, quibus in Creſcentem Juſtinus invehitur, producit. Extat igitur hodieque Apologia iſta, quamquam ſub alia inſcriptione, & perperam priori loco collocata, uti jam ſupra monuimus. Ceterum quòd heic quaſi præſagus futuri ſcribit Juſtinus, id paulò pòſt reapſe ita contigit, artibus ac inſidiis flagitioſi hujus Creſcentis ad ſupplicium eodem rapto: Quo de videſis illum Juſtini auditorem & ſectatorem Tatianum orat. contra Græcos, &, qui ad hujus teſtimonium provocat, Euſebium, loco

proxime

proximè citato, item in Chronico ad ann. Chr. CLIII nec non Hieronymum lib. de Scriptoribus Eccleſ. cap. XXIII. Photium Myriob. cod. CXXV. Quo verò tempore contigerit hoc Juſtini martyrium, controvertitur; Euſebius, lib. IV. Hiſtor. Eccleſ. cap. XVI. ad M. Antonini ætatem id refert: Michael verò Glycas, in Annalibus, ad tempora Antonini Pii; Subſcribitque huic è recentioribus Henr. Valeſius Annotat. in Euſebii lib. IV. cap. XVII. Epiphanius, hæreſi XLVI. ἐπὶ Ρωσικῦ ἡγεμόνος καὶ Ἀδριανοῦ βασιλέως, *ſub Ruſtico Præſide, & Adriano Imperatore*, Juſtinum paſſum eſſe ait. Sed hoc ſine dubio æquè verum eſt ac illud, quod de reditu Johannis Evangeliſtæ ex Patmo ſub Claudio idem habet hær. LI. KORTHOLT.

Ibidem Ὑπὸ Κρίσκεντος] Creſcentem hunc, Philoſophum Cynicum, Tatianus in orat. contra Græcos deſcribit, quod παιδερασίᾳ, φιλαργυρίᾳ, ſimilibuſque vitiis fuerit immerſus; Eundem *guloſum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem* fuiſſe teſtatur Hieronymus lib. de Scriptor. Eccl. in Juſtino. KORTHOLT.

Pag. 47. Ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων] De hoc convicio dicimus ad Athenagoræ Apologiam verb. ἀθεότητα. KORTHOLT.

Ibid. Οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλοδόξου ἀνὴρ] Quod de Creſcente heic Juſtinus, idem de Gentilium Philoſophis generatim aliàs affirmare ſolent Patres; nempe quòd ſint *homines gloriæ*, ut loquitur Tertullianus Apolog. cap. XLVII. *famæ negotiatores*, ut idem ait ibidem cap. XLVI. quòd ſint *gloriæ animalia, & populares auræ atque rumorum vilia mancipia*, ut Hieronymus ſcribit. epiſt. XXVI. & XXXIV. atque φυσώμενοι ἀφὶ δόξης, ut Tatianus orat. adverſus Græcos. Ubi etiam ait, de Philoſophis loquens: τίς τῶν πάνυ ἀγαθῶν ἀλαζονείας ἐξῆν ἐκφυγεῖν; *Quis illorum etiam, qui excellere viſi ſunt, arrogantiæ expers fuit?* Confer Auguſtinum epiſt. LVI. & obſerva inſuper, ex ipſis Gentium ſcriptoribus Plutarchum in Alexandro de Calano Gymnoſophiſta, & Lucianum de Peregrino, Philoſopho Cynico, referre, quod ſolius gloriæ cupiditate ſeipſos in rogos conjecerint. KORTHOLT.

Ibid. Οὔκουν γε ἀνδρὶ τῆς ἀληθείας τιμητέον ἀνήρ.] *Veritati virum non cenſeo præponendum aliquem.* Plato de Repub. lib. 10.

Ibid. Ἀδιάφορον τὸ τέλος πρεσβεύω] Ad exemplum *Cynicorum* iſtorum, nonnulli hæretici in Eccleſiam recentem induxerunt indifferentes coitus, & plures nuptias. *Irenæus* lib. I. cap. XXXII. LANG.

Ibid. Κόμποι καὶ φόβητρά ἐστι τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν] Ita Celſus apud Origenem lib. IV. Chriſtianis tribuit, quòd, ut ſtuporem incutiant idiotis, de ſupplicio infernali, aliiſque hujuſmodi formidabilibus, figmenta cudant, ſimiles τοῖς ἐν ταῖς Βακχικαῖς τελεταῖς τὰ φάσματα προεισάγουσι, *iis, qui in Bacchanalibus ſpectra & terricula proferunt.* Idemque cavillator ibidem lib. II. ſub perſona Judæi cujuſdam irriſoris, ὡς ἴσως τὰ περὶ κολάσεως θεῖα καὶ πυρὸς ἐπὶ τὰς ἀδίκους ἐντιλίξει, *ut nugas contemnit, quæ*, inter Chriſtianos *docentur de judicio Dei & igne injuſtis parato*: eandem in rem Tertullianus Apolog. cap. XLVII. *Ridemur*, inquit, *Deum prædicantes judicaturum. — Si Gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, proinde decachinnamur.* Et Arnobius libro II. ad Paganos, *Audetis ridere nos*, ait, *cùm Gehennas dicimus, & inextinguibiles quoſdam ignes, in quos animas dejici ab earum hoſtibus inimiciſque cognovimus?* KORTHOLT.

Pag. 48. Χρῆσθαι δὲ τῷ καὶ ὑπὸ Σωκράτους ἀπὸ μέρους γνωσθέντι] Similia habentur in Apologiâ altera, Ceterum vide heic, quæ diſſerit Caſaubonus Exerc. anti-Baron. I. 1. KORTHOLT.

Pag. 48. Διὰ τὸν λόγον] Λόγος Græcis & ratio & verbum dicitur; Et vera ratio & ſermo, ſive verbum Dei, Chriſtus eſt. Ideo heic & alibi quandoque τὸν λόγον verti Rationem & Verbum. *Ratio reſtitutionis (in Reſurrectione mortuorum) deſtinatio Judicii eſt: Quare neceſſariò idem ipſe qui fuerat, exhibebitur homo, ut boni ſeu contrarii meriti judicium a Deo referat.* Tertull. in Apolog. cap. ult. LANG.

Ibid. Καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν] Hoc nimirùm eſt illud quod de Socrate accepimus, quodque ab ipſo in libris Socraticorum ſæpe dicitur; Eſſe divinum quiddam, quod Dæmonion appellat: *cui ſemper ipſe paruerit (τῷ λόγῳ* ſcilicet) *nunquam impellenti, ſæpe revocanti.* Cicero de Divinat. lib. primo.

Ciceronianum iſtud apud Platonem in Theag. Sic habet: *Jam inde à Puero*, Socrates, inquit, *mihi ſorte divina præſto adeſt ſignum divinum (δαιμόνιον σημεῖον) quod vox eſt: quæ ubi fit, quæ facturus ſum prohibet, nunquam autem impellit.*

Plutarchus in lib. de Dæmonio *Socratis* ſcribit, patri ejus oraculo eſſe renunciatum, *habiturum illum præceptoribus & pædagogis ducem auguſtiorem omnibus. Proinde ſuo illum permitteret arbitrio.* Idem dicit, *paſſim* ferri Dæmonum (bonorum) verba: *Sed illis modo inſonare, qui tranquillum ſervant animum, & perturbationum tumultu carentem: eoſque ſacros & δαιμονίους vocari viros, id eſt beatos & felices.*

Hæc Plutarchi verba propè accedunt ad Chriſtianam noſtram θεοδιδακτίαν, per quam ſumus θεοδίδακτοι, *à Deo videlicet docti.*

Quin & *Ariſtoteles* dæmoniis uti homines dicit qui eos per omne, quo in corpore verſantur tempus conſectentur prophetico videlicet accepto dogmate, in libris id ſuis poſuit, minimè unde ſumpſerit profeſſus. Clemens in 6. Strom. LANG.

Ibid. Ἀ ὑμέτερον χρεὼς]

Nemo quippe novit Patrem, niſi cui filius revelaverit. Luc. 10.
Deum nemo vidit unquam; unigenitus filius ipſe enarravit.
Pater manifeſtavi nomen tuum hominibus. Jo. 1. & 17.
Deum eſſe, multis notum eſt: ſed quod Pater ſit & filium habeat paucis Auguſt. Plato in Timæo: *Parentem & Creatorem Univerſorum neque invenire facile, neque inventum in Vulgus promulgare, tutum eſt*, Hanc ſententiam ita vertit Tullius de Univerſitate: *Atque illum quidem quaſi Parentem hujus Univerſitatis invenire difficile: & cùm jam inveneris, indicare in vulgus, nefas.*

Tertullianus in Apolog. cap. 45. *Deum quilibet opifex Chriſtianus & invenit & oſtendit: & exinde totum quod in Deo quæritur, re quoque aſſignat. Licet* Plato *affirmæ, factitatorem Univerſitatis, neque invenire facilem, & inventum enarrari in omnes difficilem.* LANG.

Lactantius lib. 1. Inſtitut. *Cujus vim majeſtatemque tantam eſſe dicit in* Timæo Plato, *ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quiſquam poſſit; ob nimiam ejus & inæſtimabilem poteſtatem.* LANG.

Ibid. Λόγος γὰρ ἦν καὶ ἔστιν ὁ ἐν παντὶ] *Scimus Deum etiam intra abyſſos eſſe, & ubique conſiſtere, ſed vi & Poteſtate.* Tertull. adverſus Prax. LANG.

Ibid. Pag. 49. Καὶ δόξης] A vana ſeculi gloria, qualem, ut paulò antè dictum, Ethnici aucupabantur, alieniſſimos fuiſſe Chriſtianos veteres paſſim ſcriptores eccleſiaſtici inculcant: Ita Tatianus contra Græcos, Παρ' ἡμῖν τὸ μὲν κενοδοξίας ὁ ἔμπορος οὐκ ἔστι, ait; & rurſum: πᾶν τὸ ἐν δόξῃ κείμενον ἀνθρωπίνη περαιτέρω ἴδμεν. Ac Tertullianus, quod Chriſtiani *ab omni gloriæ & dignitatis*

gnitatis ardore frigeant. Apolog. cap. XXXIIX. docet; Idemque, libro de velandis Virginibus cap. XIII. *Gloria*, inquit, *illicita eſt eis, quorum probatio in omni humiliatione conſtat.* Conſer Gregorium Naz. Invect. I. in Julianum, Juſtinum dial. cum Tryphone, item I. Theſſalon. II, 6. KORTHOLT.

Eadem Pag. 49. Φόνου ϑανάτου καταφρονήσαντες] Similiter epiſtola ad Diognetum: ϑανάτῳ καταφρονῶσι. Ita S. Romanus Martyr. apud Prudentium hymn. περὶ στφ. XIV, 390.

Nil eſt pavori, mors & ipſa ſubjacet.

ac S. Vincentius ibidem hymn. II. 61.

Tormenta, carcer, ungulæ,
Stridenſque flammis lamina,
Atque ipſa pœnarum ultima
Mors Chriſtianis ludus eſt.

Sic & paſſim alibi Eccleſiæ hiſtoria exempla exhibet

Teſtium, quos nec catenæ, dira nec mors terruit
Unicum Deum fateri ſanguinis diſpendio;

ut rurſum Chriſtianus ille canit Poeta, hymno περὶ στφ. I. 22. 23. *Non retardati eſtis ab acie, tormentorum metu; ſed ipſis tormentis magis eſtis ad aciem provocati; fortes & ſtabiles ad maximi certaminis prælium prompta devotione prodiſtis, — ſicut eſſe oportet in divinis caſtris milites CHRISTI: ut incorruptam fidei firmitatem, non blanditiæ decipiant, non minæ terreant, non cruciatus ac tormenta devincant;* ſcribit ad Africanos ſuos Cyprianus epiſt. IX. & libro de Lapſis ait: Chriſtianos *non præſcripta exilia, non deſtinata tormenta, non rei familiaris damna, non corporis ſupplicia terruerunt.* Similiter Lactantius, Inſtitut. lib. V. cap. XIII. CHRISTI ſervos depingens, *Nullos*, inquit, *cruciatus, nullam mortem recuſant, ne à fide Juſtitiaque declinent: qui non tyrannicas juſſiones, non Præſidum gladios tremunt, quo minus veram & ſolidam libertatem conſtanti mente defendant.* Ac libro VI. cap. XVII. *Omnes ſeculi minas atque terrores fortitudine animi provocamus; Sic ea, quæ alii timent, excelſa & inſuperabili mente dolorem mortemque calcamus. Hæc eſt virtus, hæc vera conſtantia, in hoc tuendo & conſervando ſolo, ut nullus terror, nulla vis à Deo poſſit avertere.* Et quid? annon ipſe ille religionis noſtræ hoſtis impiuſq; ſubſannator Lucianus in Peregrino, Chriſtianis hoc impertit teſtimonium, quod, perſecutionibus vexati, καταφρονῶσι τοῦ ϑανάτου; vide etiam quæ habet Arrianus ad Epictetum lib. IV. cap. VII. Atque hinc meritò Confeſſores & Martyres, *fortiſſimi* paſſim ac *invictiſſimi* eccleſiaſticis ſcriptoribus audiunt; nominatim Prudentio, qui & martyrii candidatos *agmen* vocat *imperterritum*, hymn. XIV. 57. ac *generoſam CHRISTI ſectam*, ibid. ver. 125. *fidemque* iis tribuit *CHRISTI amore interritam*, hymn. I. 45. uti Tertulliano Chriſtiani dicuntur *expeditum morti genus*, id eſt, genus hominum facile in mortem ruens, libro de Spectaculis cap. I. Sed hæc omnia latiùs perſequimur in Commentario ad Epiſtolam Plinii de Chriſtianis primitivis, pag. 57. ſeqq. vide etiam infra, dialog. cum Tryphone, ad verba ϑανατώμενοι χαίρομεν. KORTHOLT.

Ibidem Τὸ ὄφλημα ἀποδιδόντες, ὀχλεῖσθαι] De Cypriano narrant Acta paſſionis ejus, quod, recitato ex tabella decreto de ipſius morte, dixerit: *Gratias ago Deo omnipotenti, qui me à vinculis hujus corporis dignatur abſolvere.* Alia Actorum editio ita hæc præponit, quod dixerit, audita ſententia *Deo gratias!* quomodo etiam refert Auguſtinus, ſerm. de Cypriano Prudentius hymn. XIII. 95. hôc modo:

Ille Deo meritas grates agit. — —

De Juliano, Palæstinæ martyre, jamjam comburendo, Eusebius Append. Lib. IIX. Histor. Eccl. cap. XI. *μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸ τηλικοῦτον αὐτὸν ἀξιώσαντι Κυρίῳ ὑπερδυχαριστῶν, τὸν τῶν μαρτύρων κατηξιώθη στέφανον. Clara voce Domino, qui tanto honore ipsum affecisset, gratias agens, martyrii coronam adeptus est.* Similia habentur alibi passim in historiâ Ecclesiasticâ. Ita de Scillitanis martyribus, quorum acta, ex vetustissimo descripta codice, Annalibus suis, ad ann. CCII. Baronius intexuit, legimus, quod, ubi de ipsis lata esset capitis sententia, dixerint: *Deo gratias conferimus, qui dignatur nos hodie Martyres accipere in cœlis pro confessione suâ.* Et in actis Euplii, apud eundem Baronium, ad ann. CCCIV. quod, ad gladium damnatus, lætus dixerit semper: *Gratias Christo Deo.* Confer etiam quæ habet Basilius M. homilia XX. in XL. Martyres. Judici quoque gratias egisse martyres supra vidimus ad verba: ὁ δὲ κὴ χάριν. KORTHOLT.

Pag. 50. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ] Tertullianus sub initium Apologetici. *Omnes qui retrò oderant, quia ignorabant quale sit quod oderant, simul desinunt ignorare, cessant & odisse. Ex his fiunt Christiani, utique de comperto, & incipiunt odisse, quod fuerant, & profiteri, quod oderant.* Atque sub ejusdem libri finem: *Quis non contemplatione ejus* (de Martyrum constantiâ loquitur & ἀρετῆς) *concutitur ad requirendum, quid intus in re sit? quis non, ubi requisivit, accedit?* sub finem item libri ad Scapulam: *Quisque, tantam tolerantiam spectans, ut aliquo scrupulo percussus, & inquirere accenditur, quid sit in causa, & ubi cognoverit veritatem, & ipse statim sequitur.* Lactantius lib. v. cap. XIII. *Cùm videat vulgus, dilacerari homines variis tormentorum generibus, & inter fatigatos carnifices invictam tenere patientiam, existimant, id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse, nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus tantos posse superare.* Confer Philipp. I. 14. KORTHOLT.

Ibidem, Τίς γὰρ φιλήδονος] Tangit heic Justinus nefanda illa duo scelera, quibus præcipuè infamabantur hominumque odio exponebantur Christiani, Thyesteas scilicet epulas, Oedipodeosque incestus: de quibus infra dicimus ad Apologiam Athenagoræ, verb. καὶ τροφάς. KORTHOLT.

Ibidem, Ἑαυτὸν κατήγελε φονοδιηπόμενον] Tertullianus lib. ad Scapulam cap. v. *Arrius Antoninus in Asia cùm persequeretur instanter, omnes illius civitatis Christiani ante tribunalia ejus se manu facta obtulerunt.* Vide præterea heic Eusebium Append. lib. IIX. Histor. Eccl. cap. III. Chrysostomum homil. XIX. in Gordium, Ruffinum Histor. Eccl. lib. II. cap. v. i psumque ex Paganorum schola Lucianum in Peregrino, cujus verba de Christianis: *καταφρονῆσι τοῦ θανάτου, κὴ ἑκόντες αὐτοὺς ἐπιδιδασιν οἱ πολλοί. Mortem magno contemnunt animo, ac non pauci sua sponte semet occidendos offerunt.* Ceterum non probatur mos ille semetipsum persecutoribus offerendi cordatioribus Ecclesiæ Doctoribus; Cyprianus enim è suo secessu ad clerum plebemque Carthaginensem ita scribebat epist. LXXXIII. *Vos, fratres charissimi, pro disciplina, quam de mandatis Dominicis à me semper accepistis, & secundùm quod, me tractante* (concionante) *sæpissimè didicistis, quietem & tranquillitatem tenete; ne quisquam vestrûm aliquem tumultum de fratribus moveat, aut ultrò se Gentilibus offerat.* Idem, jamjam consummaturus martyrium, Proconsuli, ubinam Presbyteri laterent, sciscitanti respondebat: *Cùm disciplina* Christiana *prohibeat, ut quis se ultrò non offerat, nec offerre se ipsi possint, sed à te exquisiti, invenientur*; uti in Actis passionis ejus habetur: unde id repetit Augustinus libro contra secundam Gaudentii epistolam cap. XXIII. Eodem pertinet, quod laudatus modo Cyprianus lib. de Mortalitate ait, martyrium

tyrium *non esse in nostra potestate, sed in Dei dignatione*; & libro de Lapsis, *coronam de Dei dignatione descendere, nec posse accipi, nisi fuerit hora sumendi*; item libro de laude Martyrii (si tamen is Cypriani sit) martyrium *totum esse Dominicæ promissionis* (f. *permissionis*) *& muneris, nec capi nisi ejus imperio.* Eadem Clementis Alexandrini est sententia, Stromat. lib. IV. ubi inter cetera scribit: *εἰ δὲ ὁ ἀναιρῶν ἄνθρωπον Θεῷ, εἰς Θεὸν ἁμαρτάνει, καὶ τῷ ἀποκτείναντι αὐτὸν ἔνοχος καθίσταται, ὁ ἑαυτὸν προσάγων τῷ δικαστηρίῳ. Si is, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat. tenetur & ille cædis hujus reus, qui se ultrò offert judicio*; porroque addit, qui hoc modo semet occidendum sistat, ipsis etiam persecutoribus malè consulere, quibus peccandi occasionem ita subministret: Quod argumentum Gregorius etiam Nazianzenus urget Invect. I. in Julianum, & oratione de fratre suo Cæsario; urget item Origenes comment. in Johannem, tom. XXXI. adjiciens insuper, vitandam esse ejusmodi martyrii occasionem, *quia tantæ rei exitus incertus sit nobis.* Quod quàm verè sit dictum, docere potest Phrygis illius Quinti exemplum; qui, cùm sponte suâ ad tribunal prosiliisset, mox deficiendo, illustre omnibus documentum præbuit, *ὅπ μὴ δεῖ τοῖς τοιούτοις ἀψοκινδύνως καὶ ἀπερισκέπτως προπετεύεσθαι, ne præcipiti audacia, sine ullo infirmitatis suæ respectu, hujusmodi se periculis objicerent*; ceu scribit Eusebius Historiæ suæ lib. IV. cap. XV. Confer præterea Origenem adversus Celsum lib. I. Lactantium lib. IV. cap. XIIX. Athanasium Apolog. ad Constantium, & de fugâ sua, item epist. ad omnes Orthodoxos, Sozomenum lib. V. cap. X. aliosque, etiam ad CHRISTI mandatum Matth. X. 23. heic provocantes. Refer insuper huc quæ notata jam supra ad verba: *πάντες ἐν ἑαυτοῖς φονεύσαντες.* KORTHOLT.

Eadem p. 50. *Εἰς βασάνους ἕλκυσαν οἰκέτας τῶν ἡμετέρων*] Eusebius, lib. IX. Histor. Eccl. cap. V. agens de persecutione Christianorum decima, hæc narrat: *Στρατοπεδάρχης, ὃν Δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς Φοινίκης, ἐπίῤῥητά τινα γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἁρπάσας ποιήσας, βασάνους αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐξεράφως ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἴησάν ποτε χρισιανεὶ, συνειδεῖεν τε αὐτοῖς ἀθεμιτουργίας· ἐν αὐτοῖς τε τοῖς κυβιακοῖς πράττειν αὐτὰς τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτὰς ἐπὶ λοιδορίᾳ τοῦ δόγματος ἤθελεν. ὧν καὶ ὅτῳ ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντιθείσας, βασιλεῖ κοινοῦται· καὶ δὴ προτάξαντος, εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ τοῦτο δημοσιοῦται τὰ γράμματα. Dux quidam in urbe Phœnices Damasco, cum impuras nescio quas mulierculas ex foro rapuisset, tormenta se ipsis admoturum minatus; eò miseras adegit, ut publicè editis apud Acta testimoniis faterentur, se olim Christianas fuisse, & flagitiorum, quæ à Christianis gererentur, conscias esse: eos in ipsis ædibus sacris obscena quædam perpetrare asseverantes, & quæcumque aliæ ad infamandam religionem nostram effutire eas Dux voluerat. Harum igitur mulierum testimonia Actis inserta Dux confestim ad Imperatorem mittit. Nec mora, jubente Principe, in singulis urbibus ac locis hæc quoque monumenta publicantur.* Plinius lib. X. epist. XCVII. ad Trajanum: *Necessarium credidi, ex duabus ancillis, quæ Ministræ dicebantur,* (Diaconissas intelligit) *quid esset veri, & per tormenta quærere.* Eodem referas licet quod sub initium sui Apologetici scribit Tertullianus: *Domesticis indiciis nimis operata sectæ hujus infestatio obstruit viam defensioni.* Neque enim aliud verbis istis innuere videtur auctor, quàm, Gentiles conatos ab iis, qui familiariter cum Christianis versabantur, à famulis, inquam, & ancillis, investigare crimina, de quibus vulgo infamabantur. Confer præterea quæ habet Athenagoras in Apologia, quæque ibi ex Eusebio observamus ad verb. *καὶ δῆλοι εἰσὶν ἡμῖν.* KORTHOLT.

Ibidem, *Ταῦτα τὰ μυθολογήματα*] Octavius Minucii Felicis: *De incesto*

con-

convivio fabulam grandem adversum nos Dæmonum coitio mentita est: ut gloriam pudicitiæ deformis infamiæ aversione macularet; ut ante exploratam veritatem homines à nobis terrore infandæ opinionis averteret. Apud eundem Minucium Cæcilius etiam Natalis, Ethnicus adhuc & blasphemus, infanticidii ac ἀνθρωποφαγίας, quod Christianis tribuebatur, crimen *fabulam* vocat *detestandam*; sed ei fabula est vera narratio: Quo significatu interdum vocem hanc, apud scriptores præsertim Ecclesiasticos, accipi, ostendimus in commentario de Canone Scripturæ cap. v. 13. KORTHOLT.

Eadem p. 50. Α αὐτοὶ φανερῶς πράττουσιν] Sic Apolog. II. τὰ φανερῶς ἡμῖν πραττόμενα, καὶ πεμόμενα, ὡς ἀνατετραμμένα καὶ ὑπ' ἀρόντων φωτὸς θείου, ἡμῖν προσγράφετε. Et dial. cum Tryphone; ἰδεῖν ἐστι ἐν συνειδήσεσιν ἐγκρατῶς ζῶντα ὀνειδίζοντας ἀλλήλοις ἅπερ ἐργάζονται. Tertullianus Apolog. cap. IX. de infanticidio Christianis objecto disputans, *Hæc*, ait, *quò magis refutaverim, à vobis fieri ostendam, partim in aperto, partim in occulto: per quod forsitan & de nobis credidistis. Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam, usque ad Proconsulatum Tiberii. — Sed & nunc in occulto perseverat hoc sacrum sacinus. — Cùm propriis filiis Saturnus non pepercit, extraneis utique non parcendo, perseverabat. Quos quidem ipsi parentes sic offerebant, & libenter exponebant; & infantibus blandiebantur, nè lacrymantes immolarentur. Et tamen multum homicidio parricidium differt.* Confer quæ idem habet lib. I. ad Nat. cap. XV. & adversus Gnosticos cap. VII. Simili ratione convicium istud retundit Tatianus orat. contra Græcos; παρ' ἡμῖν, inquiens, οὐκ ἔστιν ἀνθρωποφαγία· ψευδομάρτυρες οἱ ἐπιτηδεύμενοι γεγόνατε· παρ' ὑμῖν δὲ ὁ Πέλοψ δεῖπνον τῶν Θεῶν γίνεται, καὶ Ποσειδῶν ἐρώμενον· καὶ Κρονος τοὺς ἰδίους ἀναλίσκει, καὶ ὁ Ζεὺς τὴν Μῆτιν καταπίνει. *Apud nos non invenitur hominum voratio; Falsi testes hoc crimine contra nos conficto deprehensi estis: Apud vos autem Pelops Deorum epulis apponitur, & amatus Neptuno puer: & Saturnus filios, & Jupiter Metin devorat.* Nec aliter Minucius Felix in Octavio. Cetera de Gentilium ἀνθρωποθυσίαις varia produximus tum Ecclesiasticorum tum profanorum scriptorum testimonia in dissertatione de Religione Ethnica num. XVI. KORTHOLT.

Ibidem, Θεὸν τὸν ἀθάνατον &c.]

Speculator adstat desuper;
Hic testis hic est arbiter,
Hic intuetur quicquid est,
Humana quod Mens concipit:
Hunc nemo fallit judicem.

Ibidem, Διὸς δὲ] Refer huc quæ annotavimus in orationem πρὸς ἕλληνας, ad verba: εἰς τὸν Δία μιμέμενοι. Pag. 51. Ετερον γάρ ἐστι σπέρμα τινὸς καὶ μίμημα] Origenes lib. VI. contra Celsum: ἵν' ἐπί τινων δοθῇ τὰ αὐτὰ δόγματα εἶναι Ελλησι καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ λόγου ἡμῶν, ἀλλ' ὅτι γε καὶ τὰ αὐτὰ δύναται πρὸς τὸ ὠφελιμαίως καὶ ἀληθέναι ψυχὰς κρατεῖ ζῶντα. *Ut demus, quædam placita nobis esse cum Græcis communia, certe illorum non tantumdem valent ad afficiendas animas.* Clemens Alexandrinus in Protreptico: εἰ τὰ μάλιστα συναισθάνοιτό τινα τοῦ θείου λαθόντες Ελληνες, ὀλίγα ἄττα τῆς ἀληθείας ἐφθέγξαντο, πρὸς μαρτυρίαν μὲν τὴν δύναμιν αὐτῆς οὐκ ἀπικεχρυμμένην, σφᾶς δὲ αὐτοὺς ἐλεγχομένους, ἀθενεῖς, οὐκ ἐφικόμενοι τοῦ τέλους. ἤδη γὰρ οἶμαι παντὶ δῆλον γεγένηται, ὡς τῶν χωρὶς τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, συνεργούντων τι, καὶ φθεγξομένων, ἐμμίαν ὄντων τοῖς χωρὶς βάσεως βαδίζειν βιαζομένοις. *Si Græci, qui*

qui vel maxime quasdam verbi divini quasi scintillas acceperunt, veritatis pauca quædam sunt elocuti, vim quidem ejus non occultam testantur, seipsos autem imbecillitatis convincunt, ut qui finem non attigerint. Jam enim existimo cuivis esse manifestum, quod, qui absque verbo veritatis operantur aliquid vel loquuntur, sunt similes iis, qui conantur ingredi absque pedibus. Athenagoras in Apologia, agens de gigantibus, ex Gen. VI, 4. εἰ δέ τις, inquit, ὁν μέρος ἔφηται τοῦ τῶν γιγάντων καὶ ποιητικῆς λόγου, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας, ὅσον ἀληθείας πίστιν ἀφῄρει, ἀφελλησῶν, καὶ τὸ μὲν, ὕσης ἐπιφανίας, τὸ δὲ, ἐπιγείου. Confer Theodoritum Therapeut. lib. II.

Pag. 52. Σιμωνιανῆς καὶ διδάγματος] *Simonianæ magiæ disciplina angelis serviens, inter Idololatrias, & ipsa deputata, & à Petro Apostolo in ipso* Simone *damnata. Tertull.* de Præscript. Hæretic. LANG.

Ibid. Σωπιδείοις &c.] Inter Cinædologos commemoratus est Sotades Maronites: Philænidis scorti libellorum obscæniſſimorum mentio est in carmine quodam Virgilii impudico in Priapeiis. LANG.

LANGI ET KORTHOLTI ANNOTATIONES IN JUSTINI PARÆNESIN AD GRÆCOS.

Pag. 1. ΤΗΣ τῶν πρόγονων πλάνης ἀπτιλαμένους] Mira erat Gentilium in servandâ & propugnandâ à majoribus traditâ superstitione pertinacia: *Non me ex ea opinione, quam à majoribus accepi, de cultu Deorum immortalium, ullius unquam oratio, aut docti aut indocti, movebit*, apud Ciceronem lib. III. de Nat. Deorum ait Cotta; Qui & paulò pòst; ad veritatem religionis ostendendam unum hoc satis esse affirmat, *ita nobis majores nostros tradidisse*; quinimo disertè Balbum sic affatur: *A te Philosopho rationem accipere debeo religionis, majoribus autem nostris, etiam nulla reddita ratione, credere.* Quem locum è Tullio repetens Lactantius Divin. Institut. lib. II. cap. VI. ista adjicit: *Hæ sunt religiones, quas, sibi à majoribus suis traditas, pertinacissimè tueri ac defendere perseverant; nec considerant, quales sint, sed ex hoc probatas atque veras esse confidunt, quod eas veteres tradiderunt: tantaque est auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam scelus esse ducatur. Itaque creditur ei passim tamquam cognitæ veritati.* Idem lib. V. cap. XIX. *Inhærentes*, inquit, *persuasioni vulgari libenter errant, & stultitiæ suæ favent; à quibus si persuasionis ejus rationem requiras, nullam possunt reddere; sed ad majorum judicia confugiunt, quod illi sapientes fuerint, illi scierint quid esset optimum, seque ipsos sensibus spoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credunt.* Sic Justinus noster,

Apolog. II. Paganis tribuit, quod *consuetudinem præferant veritati* (τὸ ἔθη τῆς ἀληθείας πρῶσι) & Athenagoras, de iis, qui in Romano agebant imperio, loquens, ſub initium Apologiæ, ἀδεὶς αὐτῶν, ſcribit, νόμῳ τῷ φόβῳ δίκης, κἂν μηδεὶς ᾖ, μὴ τέρπειν τὰ πάτρια εἰρηκότι. Spectant quoque huc omninò illa Cæcilii, hominis Ethnici, apud Minucium Felicem: *Quantò venerabilius ac melius antiſtitem veritatis majorum excipere diſciplinam, religiones traditas colere, Deos, quos à parentibus ante imbutus es, timere, quàm noſſe familiarius, adorare; nec de Numinibus ferre ſententiam, ſed prioribus credere, qui adhuc rudi ſeculo, in ipſius mundi natalibus, meruerunt Deos vel faciles habere, vel Reges!* Verbo; communis erat idololatrarum vox illa profani Judicis apud Prudentium in Romano, ſive περὶ στεφ. hymn. XVI. 416.

Hoc ſanctum ab ævo eſt! hoc ab atavis traditum!

ut meritò ſcribat Tertullianus lib. II. ad Nationes cap. I. Chriſtianis Doctoribus contra Gentiles diſputantibus *negotium eſſe adverſus inſtitutiones majorum, auctoritates receptorum: — adverſus vetuſtatem, conſuetudinem; — quæ adulterinam iſtam divinitatem corroboraverint.* Confer ejuſdem operis lib. I. cap. X. & vide præterea hanc in rem Originem contra Celſum lib. V. Clementem Alex. in Protreptico, Arnobium lib. II. Euſebium de vitâ Conſtantini lib. II. Conſtantini M. orat. ad Sanctorum cœtum cap. XXII. Chryſoſtomum in I Corinth. homil. VII. Auctorem Quæſt. V. & N. T. quæ inter Auguſtini opera extant quæſt. CXIV. Symmachum epiſt. LIV. lib. X. Prudentium contra Symmachum lib. II. 80. Zaleucum apud Stobæum ſerm. XLII. Porphyrium περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων lib. II. Iſocratem ad Nicoclem orat. II. ſed & Jerem. II. 10. 11. KORTHOLT.

Eadem p. I. Ελέσθαι τὸ λυσιτελοῦντα νυνί.] *Summa ſapientia in Religionis aſſertione plurimum verſatur.* Plato *in* Epinomide. *Multi, ſuperſtitionibus vanis pertinaciter inhærentes, obdurant ſe contra manifeſtam veritatem, non tam de ſuis religionibus, quas prævè aſſerunt, bene meriti, quam de ſe male,* &c. *His conſulendum eſt, ne contra ſe pugnent, velintque ſe tandem ab inveteratis erroribus liberari*; Lact. lib. I. Inſtit. LANG.

Ibid. Οὐδὲν οἰομένους περὶ τῶν προγόνων ὑμῶν] Arnobius, lib. II. *Quod nobis objectare conſueſtis, — non vos potuiſſe antiquam & patriam linquere, & in barbaros ritus peregrinoſque traduci, ratione iſtud intenditur nulla; Quid enim ſi hoc modo culpam velimus infligere prioribus illis atque antiquiſſimis ſeculis, quod, inventis frugibus, glandes ſpreverint, & repudiaverint arbuta? quod corticibus contegi, & amiciri deſierint pellibus, poſtquam veſtis excogitata eſt textilis, uſu & commoditate ſuccinctior? aut quod, ſtructis domibus, & lautioribus ſeceſſibus inſtitutis, non antiquas adamaverint caſulas, nec ſub rupibus & cavernis præoptaverint ut belluæ permanere? Commune eſt omnibus, & ab ipſis pene incunabilis traditum, bona malis anteferre, inutilibus utilia præponere, &, quod eſſe conſtiterit pretioſius, lætius, id conſectari & petere, in eoque defigere ſpem ſalutis & ſaluarium commodorum: Itaque, cum nobis intenditis averſionem à religione priorum, cauſam convenit ut inſpiciatis non factum; nec, quid reliquerimus, opponere, ſed, ſecuti quid ſimus, potiſſimùm contueri.* KORTHOLT.

Ibid. Η δὲ τῶν πραγμάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις] Eximiè Lactantius lib. II. cap. VI. *Docet, ecce, te ratio, non eſſe veras religiones Deorum. Quid facies? majores ne potius, an rationem ſequeris? quæ quidem tibi non ab alio inſinuata, ſed à te ipſo inventa & electa eſt, cum omnes religiones radicitus eruiſti: Si rationem mavis,*

diſcedere

diſcedere te neceſſe eſt ab inſtitutis & auctoritate majorum; quoniam id ſolum rectum eſt, quod ratio præſcribit: Sin autem pietas majores ſequi ſuadet, fateris igitur, & ſtultos illos fuiſſe, qui excogitatis contra rationem religionibus ſervierint; & te inepcum, qui id colas, quod falſum eſſe convinceris. Quare oportet (ita concludit cap. VII.) *in ea re maximè, in qua vitæ ratio verſatur, ſibi quemque conſidere* (potius) *ſuoque judicio ac propriis ſenſibus niti ad inveſtigandam & perpendendam veritatem, quàm credentem alienis erroribus decipi, tamquam ipſum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam, ut & inaudita inveſtigare poſſent & audita perpendere: Nec, quia nos illi temporibus anteceſſerunt, ſapientiæ quoque anteceſſerunt; Quæ ſi omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non poteſt. Illibabilis eſt tanquam lux & claritas Solis: quia, ut Sol oculorum, ſic Sapientia lumen eſt cordis humani: Quare cum ſapere, id eſt, veritatem quærere, omnibus ſit innatum, ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine ullo judicio inventa majorum probant, & ab aliis pecudum more ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod, majorum nomine poſito, non putant fieri poſſe, ut aut ipſi plus ſapiant, quia minores vocantur, aut illi deſipuerint, quia majores nominantur; Quid ergò impedit, quin ab ipſis ſumamus exemplum, ut, quomodo illi, qui falſa invenerant, poſteris tradiderunt, ſic nos, qui verum invenimus, poſteris meliora tradamus?* KORTHOLT.

Pag. 2. Τὰς Ποιητὰς;] De hoc argumento vide etiam Athenagoram in Apologia, Theophilum Antiochenum lib. II. ad Autolycum, Clementem Alexandrinum in Protreptico, Arnobium contra Gentes lib. III. IV. V. Minucium Felicem in Octavio, Cyprianum de Idolorum vanitate, Origenem contra Celſum lib. III. Lactantium Divin. Inſtitut. lib. I. cap. IIX. ſeqq. Athanaſium orat. contra Gentes, Euſebium Præpar. Evangel. lib. V. cap. XIII. Gregorium Naz. Invect. in Julianum, Chryſoſtomum in I Corinth. homil. XXVI. Auguſtinum epiſt. XLIV. Evagrium Hiſtor. Eccl. lib. I. cap. XI. Tertullianum Apolog. cap. XIV. ubi inter alia, *Quis non Poeta*, inquit, *ex auctoritate Principis ſui dedecorator invenitur Deorum?* KORTHOLT.

Pag. 3. Περὶ τῆ ἰρωσυνῆς τῦ Διὸς &c.] De improbitate *Jovis* ſcribit *Epiphanius*, vir ſanctæ & venerabilis Memoriæ ut ait *Hieronymus* in Ancorat. *Parum abfuit, quin* Jupiter *omnium Mulierum maritus fuerit, & utinam ſecundum leges dote conſtituta γυναικοίκου fuiſſet, & non furtivus ſemper atque maleficus Vir;* Penelopem *namque vitiavit, propter quam hircus eſt factus, ob vigentem mento barbam, ut opinor; Apud* Danaëm *autem in Aurum eſt verſus, ut Virginem caſtam in Thalamo aſſervatam corrumperet; aurum certe quidem fieri non potuit; Sed quod præſtigiator eſſet, auro dato puellam decepit; Apud* Ledam *rurſus Cycnus fuit, in ſublime evolantes voluptatis ſuæ igniculos deſignans. Sanè quidem ut Aquila ſe haud unquam in altum volans extulit, qui puerorum diminutorum magiſter præſidet, nunquam ille factus Aquila, ſed inſigni quadam nævi, propter celeritatem Aquilæ nomen obtinente,* Trojam *prætervectus, Regis* Trojani *filium* Ganymedem *raptum diminuit; Porro apud* Paſiphaen *Taurus extitit, conſimiliter & apud* Europam, *ſed quomodo Ego generoſis iſtius corruptoris & corruptionum doctoris tam multa referam impuritatis facta?* Eadem de *Jovis* flagitiis diffusè commemorat lib. I. Inſtit. *Lactantius.* Non illepide *Seneca* in libris moral. Philoſophiæ; *Quid ergo eſt,* inquit, *quare apud Poetas ſalaciſſimus* Jupiter *deſierit liberos tollere? Utrum ſexagenarius factus eſt, & illi Lex* Papia *fibulam impoſuit? An impetravit jus trium liberorum? An tandem illi venit in mentem; Ab alio expectes, alteri quod feceris? & timet ne quis ſibi faciat, quod Ipſe* Saturno: LANG.

Ibidem. Τινὰ δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων Θεῶν &c.] De miſeriis quorundam aliorum deorum ſic etiam ſcribit *Lact.* lib. I. Inſtit. *Conſideremus ærumnas infelicium*

Deorum; Iſis *filium perdidit*; Ceres *filiam*; *Expulſa & per orbem Terræ jactata* Latona, *vix inſulam parvam in quâ pareret, invenit*; *Deum mater & amavit formoſum adoleſcentem, & eundem cum pellice deprehenſum exſectis virilibus ſemivirum reddidit.* LANG.

Eadem p. 3. Εἰδὲ τῆς τῶν λοιπῶν θεῶν ἐξ ἐναντίας μάχης &c.] Accepimus deorum cupiditates, ægritudines, iracundias. *Nec verò, ut fabulæ ferunt, dii bellis prœliiſque caruerunt: Nec ſolum, ut eſt apud* Homerum, *duos exercitus contrarios alii Dii ex aliâ parte defenderunt, ſed etiam cum* Titanis *aut cum Gigantibus ſua propria bella geſſerunt. Hæc & dicuntur & creduntur ſtultiſſimè, & plena ſunt vanitatis, ſummæque levitatis.* Cicero de Naturâ Deorum. lib. 2. LANG.

Pag. 4. ὥστε εἰ μὴ πιθόμενοι] *Videtiſne igitur, ut à phyſicis rebus benè atque utiliter inventis, tracta ratio ſit ad commentitios & fictos Deos? quæ res genuit falſas opiniones, erroreſq; turbulentos ſuperſtitiones penè aniles: Et formæ enim deorum nobis, & ætates & veſtitus ornatuſque noti ſunt; genera præterea, conjugia, cognationes omnes, omniaque traducta ad ſimilitudinem imbecillitatis humanæ.* Cic. apud Lact. lib. 1. Inſt. & Aug. l. 4. de Civit. c. 30. Epiph. adverſus Menichæum; Mœchorum *commemoras facta & ebrietatis, nihil ſibi in te conſtat*, Græcorum *namque Poemata pro veritate ſubinfers, in errorem abducis à te ſeductos. Fortaſſe ſupra te ſapuit* Heliodus, *de Deorum* Genealogia *Poemata ſua narrans*; *fortaſſe* Orpheus, *fortaſſe* Euripides. LANG.

Ibidem Εἰ δὲ τὰς ποιητὰς παραιτεῖσθαι λέγειν] Auguſtinus lib. VI. de Civ. Dei cap. V. commemorat, Varronem tria conſtituiſſe Theologiæ genera, Mythicum ſive fabuloſum, Phyſicum, ac Civile; & de primo dixiſſe, quod *in eo ſint multa contra dignitatem & naturam immortalium ficta*; Subjungit autem paulò pòſt: *Quod Poetæ canunt, & hiſtriones agunt, quia contra dignitatem ac naturam immortalium ficta ſunt, quia non modo in hominem, ſed etiam in contemptiſſimum hominem cadere poſſunt, non ſolum ferunt* Romani, *ſed etiam libenter audiunt.* Idem ejuſdem operis lib. IV. cap. XXVII. *Relatum eſt*, ait, *in literas, doctiſſimum Pontificem* Scævolam *diſputaſſe, tria genera tradita Deorum; unum à Poetis, alterum à Philoſophis, tertium à Principibus civitatis: Primum genus nugatorium dicit eſſe, quòd multa de Diis fingantur indigna*: & mox, *O Scævola*, pergit, *Pontifex maxime, ludos tolle, ſi potes; præcipe populis, nè tales honores Diis immortalibus deferant, ubi crimina Deorum libeat mirari, &, quæ fieri poſſunt, placeat imitari; Si autem tibi reſponderit populus, vos nobis importaſtis iſta, Pontifices; Deos ipſos roga, quibus inſtigantibus iſta juſſiſtis, ne talia ſibi jubeant exhiberi. Quæ ſi mala ſunt, & propterea nullo modo de Deorum majeſtate credenda, major eſt Deorum injuria, de quibus impune fingantur.* Eodem pertinent hæc Arnobii, libro IV. *Poetarum, inquiunt, figmenta ſunt hæc omnia, & ad voluptatem compoſitæ luſiones.— Concedamus, ut dicitis, deformitatum tantarum concinnatores eſſe atque inventores Poetas; immunes tamen à Deorum maletractatione, nec ſic eſſis, qui aut talia ceſſatis maleficia vindicare, aut non legibus latis & ſeveritate pœnarum tantæ iiſtis obviam temeritati, conſtitutumque à vobis eſt, ne quis poſthac hominum id, quod eſſet turpitudini proximum, aut Deorum indignum majeſtatibus, loqueretur*: & lib. V. *Eſto; ab ludentibus Poetis cuncta illa ſint prodita de immortalibus Diis probra; quid illa, quæ hiſtoriæ continent graves, ſeriæ, curioſæ, quæque in arcanis myſteriis traditis Poetarum ſunt excogitata laſcivia? Quæ ſi vobis viderentur ineptiarum talium fabulæ, neque in uſu retineretis quotidiano, neque per curſus annuos lætitias exerceretis ut feſtas, neque ut rerum ſimulacra geſtarum ſacrorum conſervaretis in ritibus.* Similiter Lactantius lib. I. cap. XI. *Mentitos, ajunt, eſſe Poetas; & his tamen credunt; imo verò, non eſſe mentitos, re ipſa probant; Ita enim Deorum ſimulacra confingunt, ut ex ipſa diverſitate ſexus appareat, vera eſſe, quæ dicunt Poetæ.* Idem urget Clemens Recognit. lib. X.

Ceterum

Ceterum quomodo Poeticas de rebus divinis fabulas ipſimet riſerint Ethnici, de eo videri poſſunt præterea Plinius Nat. Hiſt. lib. II. cap. VII. Seneca de Brev. vitæ cap. XVI. & de Conſolat. ad Marciam cap. XIX. Cicero Tuſcul. lib. I. Ariſtoteles Metaphyſ. lib. XII. cap. IIX. KORTHOLT.

Ibidem Τὰς σαφῶς πάντως δηπου τῆ φιλοσόφους] Philoſophorum iſtorum quæ recenſentur opiniones, Creatore relicto ad infirma delabuntur mundi Elementa, quibus & turpiter ſerviunt. Col. II. Gal. IV. *ſed Chriſtianus eos cavet, qui ſecundum Elementa hujus mundi philoſophantur, non ſecundum Deum, à quo ipſe factus eſt Mundus.* Aug. de Civit. lib. VIII. cap. IX. Hæc etiam reperiuntur apud Irenæum, lib. II. cap. XIX. & Tertullianum in Apolog. cap. XLV. & longe copioſius apud Epiph. in Compend. cathol. fid. &c. LANG.

Ibidem Πολλῆ γελοιοτέρων τῆς τῶν Ποιητῶν Θεολογίας ἐστιν] Poetarum Theologia quænam ſit, ex ſuprà dictis liquet; Nempe reſpicitur heic ad triplicem illam Theologiam, cujus ex Varrone mentionem facit Auguſtinus; & de qua videri etiam poſſunt Tertullianus lib. II. ad Nationes, cap. I. Euſebius lib. IV. Præpar. Evang. ſub initium, Plutarchus lib. I. de plac. Philoſophorum cap. IV. eſtque proin τῶν Ποιητῶν Θεολογία, Theologia mythica, unde Theologos appellatos fuiſſe Poetas idem notat Auguſtinus lib. XIIX. de Civ. Dei cap. XIV. *Extiterunt Poetæ*, ſcribens, *qui etiam Theologi dicerentur; quoniam de Diis carmina faciebant. — Verùm iſti Theologi Deos coluerunt, non pro Diis culti ſunt.* Conſer ejuſdem libri cap. XXXVII. ubi ait; *Illi Theologi Poetæ, Orpheus, Linus, Muſæus*: Sic quoque Cicero de natura Deorum lib. III. *Jovem*, inquit, *tres numerant ii, qui Theologi numerantur*: Et rurſum; *Soles ipſi quàm multi à Theologis proferuntur! unus eorum Jove natus, nepos Ætheris; alter Hyperione; tertius Vulcano, Nili filio.* Atque Diodorus Siculus lib. V. nominatim Epimenidem vocat Theologum (quem Cretenſium Prophetam Apoſtolus nuncupat Tit. I. 12.) ſicut & Orphea eodem ornat elogio Clemens Alex. Stromat. V. Conſer præterea Lactantium libro de Ira Dei cap. XI. Gregorium Nazianzenum oratione de Theologia. Ceterum rectè Athenagoras in Apologia; πάντα μᾶλλον ἢ Θεολογοῦσιν οἱ τὰς μύθους διατιθέντες. KORTHOLT.

Ibidem Θαλῆς μὲν γὰρ ὁ Μιλήσιος] De diverſis iſtis Philoſophorum opinionibus lege ſis Diogenem Laertium, libb. de vitis & dogmatibus Philoſophorum, Plutarchum de placitis Philoſophorum, Sextum Empiricum adverſus Mathematicos, Chalcidium in Platonis Timæum, Ariſtotelem Metaphyſ. lib. I. cap. III. Ciceronem de naturâ Deorum lib. I. & Academ. Quæſt. lib. IV. Hermiæ Διασυρμὸν τῶν ἔξω φιλοσόφων, Arnobium contra Gentes lib. II. Minucium Felicem in Octavio, Lactantium Inſtit. lib. I. cap. V. Euſebium Præpar. Evang. lib. I. cap. V. & lib. XIV. cap. V. Epiphanium Compend. Cathol. fidei, Auguſtinum de Civ. Dei lib. IIX. cap. II. Theodoritum contra Græcos lib. IV. KORTHOLT.

Ibidem Ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων ἁπάντων τὸ ὕδωρ] Jubente Deo *aquæ reptile animæ viventis & volatile ſuper terram produxerunt.* Gen. I. LANG.

Ibid. Ἀέρα τὸ πάντος &c.] *Ex aëre ſive ex æthere*, Hujus ſententiæ quoque fuit *Cleanthes*, eique etiam aſſenſit Poeta *Virgilius*, Georg. 2.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fœtus. LANG.

Ibid. Ἡράκλειτος ὁ Μιλήσιος] Plutarchus lib. I. de Placit. Philoſophor.

hujus opinionis Autores commemorat *Heraclitum*, qui αὐτοδίδακτος, & propter ſtyli obſcuritatem σκοτεινὸς (tenebricoſus) dictus eſt, humanæ miſeriæ deplorator, & *Hippaſum Metapontinum*; *Heraclitus* autem *Hippaſi*, *iſtius Pythagorici*, auditor fuiſſe apud *Suidam* dicitur. LANG.

Ibid. *Ἀναξαγόρας — ἀρχεῖς τῶν πάντων τὰς ὁμοιομερείας* &c.] *Lucretius* libro primo: Hinc & *Anaxagoræ* ſcrutemur homœomeriam, *Servius* ſuper illo *Virgilii Æneidos* quarto,

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus ultor,

ſecundum Anaxagoram, inquit, *qui dicit ὁμοιομερείαν*, id eſt, *omnium membrorum ſimilitudinem eſſe in rebus creandis*, hoc eſt, *ex oſſibus, ex ſanguine, ex medullis. Nam omnia pro parte ſua tranſeunt in procreationem.* LANG.

Pag. 5. Οὗτοι πάντες ἀπὸ Θαλοῦ] De Principiis rerum Univerſarum inquirere, eſt autorem earum ſcrutari.

Ab Jove principium rerum, *Jovis omnia plena.* Virg.

Hujus mundi (*cui apud Græcos ornamenti & cultus, non ſordium nomen eſt*) *Deo opifici non indigni ſubſtantias, ſapientiæ profeſſores, de quorum, ingeniis omnis hæreſis animatur, Deos pronunciaverunt*; *ut* Thales *aquam, ut* Heraclitus *ignem, ut* Anaximenes *aërem, ut* Anaximander *univerſa cœleſtia, ut* Strato *cœlum & Terram, ut* Zeno *aërem & ætherem, ut* Plato *ſidera; quod genus deorum igneum appellat.* Et *plerique* Phyſicorum *formidarunt initium ac finem mundo dicere conſtare, nè ſubſtantiæ ejus, tantæ ſcilicet, minus Dii haberentur. Quos colunt &* Perſarum Magi & Ægyptiorum Hierophantæ, & Indorum Gymnoſophiſtæ. Tertull. lib. primo adverſus *Marcion.* LANG.

Ibid. Τῶν μηδ' ἑαυτοὺς πεῖσαι δυνηθέντων τὰ μὴ παρὰ ἀλλήλοις συμπίπτειν] Lactantius lib. V. cap. III. *Philoſophorum doctiſſimi, Plato, & Ariſtoteles Epicurus, & Zeno, ipſi ſibi repugnantia & contraria dixerunt; Hæc eſt enim mendaciorum natura, ut cohærere non poſſint; Illorum autem* (de Apoſtolis loquitur) *traditio, quia vera eſt, quadrat undique, ac ſibi tota conſentit*; *& ideo perſuadet, quia conſtanti ratione ſuffulta eſt.* Conſer Theophilum Antiochenum lib. II. & III. ad Autolycum, Auguſtinum de Civ. Dei lib. XIIX. cap. XLI. &, qui præ cæteris argumentum hoc fuſe docteque perſequitur, Euſebium de Præpar. Evangel. libb. XIV. ac XV. KORTHOLT.

Pag. 6. Ἀριστοτέλης δὲ — Πλάτωνος ἀναιρεῖ δόξαν] Quod *Platoni* cum *Ariſtole* non ſatis convenerit, gloriæ & laudis æmulatio in cauſa fuiſſe videri poteſt; ſed certiora illi de diſſidio hujuſmodi tradiderunt, qui *Ariſtotelis* mores *Platoni* diſplicuiſſe ſcripſerunt: *Ariſtotelem* quippe ſplendidius veſtiri fuiſſe ſolitum, comam delicaciùs curare, annulis digitos ornare, in facie & vultu μωκίαν quandam, id eſt, irridendi ſtudium præferre, & importuniori loquacitate uti; quæ omnia longè à philoſophica gravitate, qua *Plato* præcipuè enituit, abſunt; Itaque factum, ut magis *Xenocratis*, *Speuſippi*, & aliorum diſcipulorum ſuorum amicorumque, quam *Ariſtotelis*, conſuetudine *Plato* delectaretur, & *Platoni Ariſtoteles* eſſet parum æquus. LANG.

Ibid. Τρίτην τῶν ἀπὸ τῆς ἀληθείας εἰδώλων — μιμητὴν ὄντα Ὁμήρου] Homerus à Veritate tertius, fingens veritatis imaginem; Ponamus, omnes ab Homero incipientes, Poeticos Homines, virtutis imaginum imitatores eſſe, cæterorumque ſimiliter quæcunque canunt; veritatem verò nequaquam attingere.

gere. Imitatio hæc tertio gradu distat à Veritate ipsa. Ponantur tres lecti. Unus τῇ φύσει ὤν, à *Deo* sive *Natura factus.*

Secundus, à *fabro.*

Tertius, à *pictore.* In tertio hoc gradu & ordine Poetæ numerantur; *Plato* de Repub. 10. Sic apud Epiphanium contra Origenist. sophistæ aliena sentientes, imitatores simulacrorum veritatis esse dicuntur, veritatem ignorantes, sicuti pictores: *Nam ii Navium structores, & Navigia, & gubernatores eorum æmulari contendunt, artis Navium construendarum & gubernationis earum imperiti: Recte à* Platone *Poetæ ducuntur ex ea Civitate, quam finxit ille, cum mores optimos & optimum Reipub. statum exquireret.* Cicero Tuscular. 2. Plato *Poetas, quod tam indigna Deorum Majestate atque bonitate carmina composuerant, censet civitate pellendos; & sententiæ suæ robur constantissime retinens, omnes Poetarum sacrilegas nugas, quibus illi per immunditiæ societatem oblectantur, à populo bene instituto removere non dubitat.* Aug. de civitate lib. IIX. cap. XIII. & lib. II. cap. XIV. Apud Diogenem Laertium est, Pythagoram ad *inferos descendisse, & ibi animam Hesiodi columnæ æreæ vinculis astrictam, Stridentemque; Homeri autem ex arbore pendentem, serpentibus circum ilia circumdatam vidisse, ea propter quæ de Diis finxerunt.* LANG.

Pag. 8. Ἀλλήλοις ἐλέγχονται] *Philosophorum doctissimi,* Plato, & Aristoteles Epicurus & Zeno, *ipsi sibi repugnantia, & contraria dixerunt; Hæc est enim Mendaciorum Natura, ut cohærere non possint.* Lact. lib. V. cap. III. LANG.

Pag. 9. Μηδὲ ἀνθρώπους ἀλλήλους διηνεχθέντας] *Prophetæ unum Deum prædicant, unum loquuntur, quippe qui Unius Dei Spiritu pleni, quæ futura essent, pari & consona voce prædixerunt.* Lact. lib. I. Instit. *Illorum traditio, quia vera est, quadrat undique, ac sibi tota consentit; & ideo persuadet, quia constanti ratione suffulta est: Non quæstus & commodi gratia religionem commenti sunt, quippe qui & præceptis & re ipsa eam vitam secuti sunt, quæ & voluptatibus caret, & omnia quæ habentur in bonis spernit; & qui non tantum pro fide mortem subierint, sed & morituros se esse & sciverint & prædixerint; & postea universos, qui eorum disciplinam sequuturi essent, acerba & nefanda passuros.* Hoc etiam de Apostolis dictum est ab eodem, lib. I. cap. III. LANG.

Ibid. Οἷς δὲ λόγων ἐδίκησε τέχνης] Apostolus. 1 Cor. II. 4. 5. ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως· ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ. De qua δυνάμει, Paulinum isthunc locum tangens, Origenes ait libro I. contra Celsum, quod sit οἰκεία ἀπόδειξις τοῦ λόγου, δευτέρα παρὰ τὴν ἀπὸ διαλεκτικῆς ἐκλογικήν. Præcipuè huc facit, quod de Gregorio Neocæsariensi sive Thaumaturgo scribit, oratione in eundem habita, Gregorius Nyssenus. *Postquam animadvertit, tum Græcorum tum Barbarorum philosophiam, quod attinet ad doctrinam de Numine, in diversas sententias scindi,— hos quidem reliquit, & amplexus est* τὸν ἐξωθεν λόγον τῆς πίστεως, ἢ ἐνθυμίᾳ λογικῇ τινι περιεργίᾳ καὶ τεχνικαῖς πλοκαῖς κρατυνόμενον, ἀλλὰ δι' ἁπλότητος ῥημάτων ὁμοτίμως πᾶσιν καταχεόμενον, ὃς ἐν αὐτῷ τῷ ὑπὲρ τὴν πίστιν εἶναι, τὸ πιστὸν ἔχει, *stabilem & firmum fidei sermonem; qui non exquisita quadam & redundante verborum curiositate, & artificiosis nexibus argumentorum confirmatur, sed per simplicitatem verborum omnibus ex æquo annunciatur; qui in hoc ipso, quod supra fidem est, vim fidei faciendæ habet.* Conferquæ notamus in orationem Justini ad Græcos verb. πάσῃ μοι εἶλε; & vide præterea, si placet, commentarium nostrum de Canone Scripturæ sacræ can. II. 4. sed inprimis huc refer, quæ damus Tract. de Origine & natura Christianismi ex mente Gentilium cap. X. XI. KORTHOLT.

Eadem

Eadem p. 9. Οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν θείων] Tatianus orat. contra Græcos: *Μάρτυρας ἐκ τῶν οἰκοι παραλήψομαι· βοηθοῖς δὲ μᾶλλον Ελλησιν χρήσομαι. τὸ μὲν γὰρ ἄγνωμον, ἔτι μηδὲ ὑφ' ἡμῶν παραδεκτέον. τὸ δ' ἂν ἀληθὲς ἀποδείκνυται γνωμοῖν, ὅτου ὑμῖν ἀφ' τῶν ὑμετέρων ὅλων ἀναντιῤῥήτων ἀνυποπτους παρ' ὑμῶν τὰς ἐλέγχους λαμβάνων.* Cyrillus Jeroſol. Catech. *τῶν φωτιζ.* XIIX. *τοῖς δὲ ἔξωθεν μὴ παραδεχομένοις, ἀγεώφοις μάχου τοῖς ὅπλοις, οὐ λογισμῶν μόνον ἐ ἀποδείξεων. τούτοις γὰρ οὔτε τὸ ἐστι Μωϋσῆς, γνώσεσθαι, οὔτε τὸ ἐστιν Ησαΐας, οὔτε τὸ εὐαγγέλια, οὔτε Παῦλος. Qui Scripturas non recipiunt, non ſcriptis eos armis oppugna, at ſolis ratiocinationibus & demonſtrationibus. Iſtis enim neque quis ſit Moyſes, notum eſt, neque quis Eſaias, neque Evangelia, neque Paulum agnoſcunt.* Eodem tendunt, quæ ſub initium libri VII. Stromatum Clemens habet Alexandrinus. Et certè in Cypriano, quem alias, ut meretur, maximi facit, id notat Lactantius, quod, adverſus Gentiles diſputans, Scripturæ Sacræ teſtimoniis utatur. Verba ejus ſunt libro V. Inſtitut. cap. IV. *Non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam* Cyprianus *non executus eſt in ea oratione, quâ Demetrianum (ſicut ipſe ait) oblatrantem atque obſtrepentem veritati, redarguere conatur. Quâ materiâ non eſt uſus, ut debuit; Non enim Scripturæ teſtimoniis, quam ille utique vanam, fictam, commentitiamque putabat, ſed argumentis & ratione fuerat refellendus, Nam cum ageret contra hominem veritatis ignarum, dilatis pauliſper divinis lectionibus, formare hunc à principio tamquam rudem debuit, eique paulatim lucis principia monſtrare; ne, toto lumine objecto, caligaret. Nam ſicut infans ſolidi ac fortis cibi capere vim non poteſt, ob ſtomachi teneritudinem; ſed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec, firmatis viribus, veſci fortioribus poſſit: ita & huic oportebat, quia nondum poterat capere divina, prius humana teſtimonia offerri, id eſt, Philoſophorum & Hiſtoricorum, ut ſuis potiſſimum refutaretur auctoribus.* Idem heic de Cypriano judicium eſt Hieronymi ad Magnum, Oratorem Romanum. KORTHOLT.

Ibid. *Εἰπε σοφῶν — πολλῷ πρεσβύτερος* &c.] De philoſophiæ novitate quæ apud Gentiles eſt, Seneca: *Nondum ſunt*, inquit, *mille Anni, ex quo initia ſapientiæ nota ſunt.* Et ridens *Perſius* ſcribit,

——— Poſtquam ſapere Urbi
Cum pipere & palmis venit ———

Item Hortenſius apud Ciceronem, *Quando*, inquit, *Philoſophi eſſe cæperunt? Thales, ut opinor, primus? recens hæc quidem ætas.* Et de novitate itidem ſummi & coryphæi deorum Jovis, luculenti ſunt Prudentii Verſus,

Si res novellas reſpuis, nil tam recens.
Sexcenta poſſum regna pridem condita
Proferre toto in Orbe, ſi ſit otium,
Multo ante clara, quam Capellam Gnoſiam
Suxiſſe fertur Jupiter Martis Pater. LANG.

Ibid. *Πολλῷ πρεσβύτερον γέγονεν ὁ παρ' ἡμῖν τῆς θεοσεβείας διδάσκαλος ἡμῶν Μωσῆς γέγονεν*] Idem argumentum perſequuntur Tatianus orat. ad Græcos, Theophilus Antiochenus libris ad Autolycum, præſertim ultimo, Clemens Alex. Stromat. lib. I. II. V. Tertullianus Apolog. cap. XIX. Origenes contra Celſum lib IV. VI. VII. Lactantius Inſtitut. lib. IV. cap. V. Euſebius Præpar. Evangel. lib. X. & Chronic. lib. II. proœm. Theodoritus contra Græcos lib. I. II. Cyrillus lib. I. & VII. adverſus Julianum, Gregorius Naz. Invect. I.

in

in eumdem Apoſtatam, Auguſtinus, lib. XIIX. de Civ. Dei cap. XXXVII; Joſephus item lib. contra Apionem, aliique Hebræi, quorum teſtimonia exhibet Jo. Buxtorfius, ad lib. Coſri, part. I. 63. Ceterum quod Inachi ætate Moſen vixiſſe noſter ſcribit Juſtinus, cumque ipſo multi alii, in eo diſſentit, ſed validiſſimis nixus argumentis, Euſebius: Secundùm quem Cecropis temporibus ille vixit, primi Athenienſium Rēgis, atque ita quadringentis annis junior Inacho fuit. KORTHOLT.

Eadem p. 9. *Μωσέως μέμνηται*] Græcorum nonnulla Moſen celebrantia monumenta etiam Euſebius ad poſteros tranſmiſit lib. de Præpar. Evangelica. Ex ſcriptoribus, qui adhuc ſuperant, Dionyſius Longīnus, libello *περὶ ὕψους*, Moſen, qui ipſi eſt *ἐκ ὁ τυχὼν ἀνὴρ*, Homero præfert, auctori alias, communi Paganorum judicio, omnium non modo vetuſtiſſimo, ſed ſapientiſſimo, quod hic de Deo humiliter nimis & abjecte commentetur, ille verò *κατὰ τὸ ἀξιον*. Quæ Juſtinus Hiſtoricus, lib. XXXVI. cap. II. ex Trogo Pompejo, Strabo Geogr. lib. XVI. & Trebellius Pollio, in vita Claudii, de Moſe narrant, maximam partem fabuloſa ſunt. Apparet tamen inde, etiam in tenebris illis aliquas veri ſtricturas vidiſſe *τὸν ἔξω*. Hoc ſane certiſſimum, quod, *Dei familiarem* fuiſſe Moſen, ex *Judæorum libris* memorat Trebellius; nec à vero alienum, quod Strabo ſcribit, ipſum loco armorum Deum prætendiſſe, cui ſedem ſe quærere dixerit; & ejuſmodi cultum atque ſacrificia fuiſſe pollicitum, quæ nec impenſa, nec furoribus, nec ulla re abſurda cultores perturbarent. Meminerunt etiam Moſis, ſed ut Magi, Plinius, Nat. Hiſt. lib. XXX. cap. I. & Apulejus in Apologia. Alexander Mileſius, cognomine Polyhiſtor, qui Syllæ vixit temporibus, Suida teſte, de Roma libros edidit, in quibus ait, Hebræam fuiſſe mulierem, Moſo dictam, à qua perſcripta ſit lex Hebræorum: depravato & ſexu & nomine divini Legiſlatoris. KORTHOLT.

Ibid. *Καὶ Ἰνάχῳ*] *Auguſt.* de Civit. lib. 18. cap. 8. *Moſæ* ætate *Inachum* apud *Græcos* claruiſſe, ſcribit etiam Epiph. in principio Operis *Panarii* LANG.

Pag. 10. *Ἀμφισὼ & Αἰγυπλίων, βασιλέυοντος, λόγιον* Ἰουδαίους &c.] *Nulla unquam vel erat vel ventura erat populo Ægyptio felicior natio: niſi homines ex animis ſuis ſua ſponte ſpiritum ſanctum proſcripſiſſent. Quis enim dignè quidquam de* Moſe *dicat? Qui cum* Judaicum *populum incompoſitum ad ordinem ſervandum adduxiſſet, perſuaſioneque & pudore animos ejus exornaſſet, pro ſervitute libertatem hominibus donavit, & ex triſtibus eos lætos reddidit: & eo animi magnitudinis illos produxit, ut magna in contrarium mutatione, & rerum proſperarum felicitate, inſolentior ſubinde eorum facta ſit ſuperbia. Tantum certe ſapientia mortales antè ſe omnes* Moſes *anteit, ut qui à Gentibus laudantur, ſeu ſapientes, ſeu ſapientiæ amantes, ſapientiam illius ſint æmulati.* Pythagoras *namque ſapientiam Viri imitatus, in tantum caſtitatis laude celebratur, ut caſtiſſimo* Platoni *continentiæ exemplum fuerit. Hæc de inſigni* Moſæ *laude* Conſtantinus *Magnus Imperator in Sermon.* Imperial. dixit. *Moſes primus Legiſlator Trojanum bellum noningentis fere annis anteceſſit.* Lact. lib. 4. cap. 5. ſecundum Chronologos recentiores, annis plus minus trecentis quadraginta novem. LANG.

Ibidem. *Διόδωρος ὁ τὰς Βιβλιοθήκας*] Locus quem hic Juſtinus citat, apud Diodorum latinè verſum, in vulgatis exemplaribus ſic habet: *igitur de Ægyptiis legum latoribus, qui eas tam admirabiles exquiſitaſque tradidere dicendum videtur. Poſt antiquam Ægyptiorum vitam, quam deûm Heroumque tempore fuiſſe fabulantur, tradunt perſuaſiſſe primum multitudini ſcriptis uti legibus* Menam (*μυθολ*) *magni animi virum, vitæque inter omnes probatæ, finxiſſe autem eas*

Mercurii *datas præcepto, tanquam magnorum bonorum cauſam futuras. Quemadmodum apud* Græcos *aiunt, in* Creta *quidem* Minoem, *apud* Lacedæmonios *autem* Lycurgum *feciſſe: quorum alter* Jovem, *alter* Apollinem *ſuarum legum autorem extitiſſe dixit. Plures quoque nationes eo modo tradunntur leges ſuſcepiſſe, quæ obtemperantibus multorum bonorum cauſa fuere.* Arianus *namque ſive* Arimaſpis *ſcribunt* Zatraſtem *ſimulato numine dediſſe leges.* Getis *eodem modo* Zamolxis, *Veſtam præferens, leges tulit. Apud* Judæos Moſes *ab* Jao, *quem illi* Deum *invocant, acceptas leges dare præ ſe ferebat: ſive omnes iſti putarent, rem divinam ac mirandam maximeque mortalibus utilem leges eſſe: ſive id aſſimularent, ut citius populi ob rei & inventorum excellentiam, deûm timore legibus obtemperarent. Secundus apud* Ægyptios *legumlator dicitur, vir prudentia excellens* Saſochis, *hunc & ad deûm religionem, cultumque multa prioribus legibus addidiſſe perhibent,* Geometriæque *ſuiſſe inventorem, ac incolis aſtrorum curſus oſtendiſſe. Tertium* Seſoſtrem *regem tradunt, qui ad rem militarem & belli munia, plurima contulit inſtitutis ſuis. Quartus ſcribitur rex* Vecchoris, *qui leges dederit, & commercia hominum judiciaque conſtituerit: cujus memoria in multis, ob ingenii acumen, uſque ad hoc tempus manet, eum dicunt infirmo fuiſſe corpore, pecuniam præ cæteris cupidum. Poſt hunc legibus multa addidit* Amaſis *rex: quem tradunt & de iis, quæ ad Monarchas pertinent, deque omni* Ægyptiorum *œconomia & adminiſtratione præcepiſſe*, &c.

Apud Diodorum autem illud in nomine *Jao* obſervandum, quòd cùm Ebræi Ja Deum vocent, videri poſſit inde nomen *Jai* ductum eſſe, quo Deus, qui tamen nomen non habet, deſignatur. Sed verius eſt, pro nomine tetragrammaton, id eſt quatuor literarum, quod eſt Jeova, Jaum Græca forma Diodorum Judæorum Deum appellaſſe, quod eis eſt ineffabile: quippe quibus Sanctæ Trinitatis myſterium revelatum non eſt. In quinto Context. lib. Clemens Alexandrinus: *quatuor literarum*, inquit, *nomen myſticum eſt, quo illi circumdabantur, qui ſoli adytum* (ſancta) *ingrediebantur. Dicitur autem ιάων, quod interpretatur exiſtens & futurus* (ὁ ἐσόμενος) *quin & ſecundum* Græcos *nomen* Θεὸς (*nec minus apud* Latinos *Deus*) *quaternionem literarum continet. Sanè quidem in mundum mente cognobilem* (νοητὸν) *ille intrat, qui ſolus Dominus factus eſt, à paſſionibus in ejus quod inenarrabile eſt, cognitionem ingrediens, & ſuper omne nomen evadens quod voce profertur.* Cœlius Rhodiginus lib. 12. cap. 9. *Quaternarii numeri*, inquit, *poteſtas admiranda ut ſit, illud potiſſimùm facit, quòd conſenſu tacito gentes fere omnes præcipuum Dei nomen quatuor modo literis enunciant: quæ res citra divinum afflatum non videtur potuiſſe contingere. Nam quem nos Deum nuncupamus,* Ægyptii Theut (*& veteres* Germani Dieth, *juniores* Gott) Perſæ *dicunt* Sire, Magorum *diſciplina* Orſi, *unde profluxit* Oromaſis. *Jam apud* Hæbræorum *gentem celebre eſt quatuor literarum Dei ſacrum nomen, quod inde* Tetragrammaton *dicunt: & alia voce exprimitur, quæ* Adonai *eſt, quæ apud eos tamen* Adni *ſcribitur; ſignificat autem Dominum noſtrum.* Græcis *vero* θεὸς *appellatur,* Arabibus (& Turcis) Alla. Jeſu *autem ſalutare gentibus nomen, ab angelo accepimus* (*nomen* Jeſus *apud* Hebræos *quatuor eſt literarum*) *Huc adde* Slavinorum Buoh, Polonorum Buog, Pannonum Iſtu, &c. LANG.

Pag. 11. Αἰγυπτίων παιδόσεως &c.] Juſtinus hiſtoricus lib. 36. Ægyptiorum *diſciplinam magicas* dicit *fuiſſe artes,* Plinius lib. XXX. cap. I. *eſt & alia factio magices, à Moſe etiamnum &* Jochabela Judæis *pendens, ſed multis millibus annorum poſt* Zoroaſtrem. Quid de veterum Ægyptiorum ſapientia & religione Mercurius etiam ſcripſerit Triſmegiſtus, probe notandum: *An ignoras*, inquit, O Aſclepi, *quod* Ægyptus *imago ſit cœli, aut* (*quod eſt verius*) *tranſlatio & diſpenſatio omnium quæ gubernantur atque exercentur in cœlo? Et ſi dicendum eſt verius,*

rius, terra noſtra totius mundi eſt templum. Et tamen quoniam præſcire cuncta prudentes decet, iſtud vos ignorare fas non eſt; futurum tempus eſt, cum apparebit, Ægyptios incaſſum pia mente divinitatem, ſedulaque religione obſervaſſe: & omnis eorum ſancta veneratio (τὸ θεοσεβὲς) in irritum fruſtrata cadet. E terris enim ad cœlum revertetur divinitas, linquetur Ægyptus; terraque quæ fuit divinitatis ſedes, religione viduata, numinum præſentia deſtituetur. Auguſt. de Civit. lib. VIII. cap. XXIII. qui hæc verba ad Chriſtianiſmum refert, & de abolitione Idolomaniæ per illum interpretatur. Cœl. Rodiginus. lib. 9. cap. 4. LANG.

Ead. p. 11. Γνῶς τ̃ Μωϋσέως μεγαλυ̃ϛ] Tertullianus in Apolog. cap. 19. *Audiſtis* Moſen *archivo* Inacho *parem ætate, octingentis pene annis ante Urbem conditam, centum ſeptuaginta Danaum ipſum apud vos vetuſtiſſimum prævenit: trecentis circiter cladem* Priami *anteccdit; poſſes etiam dicere quingentis, &* Homerum *habens, quem ſequare. Cæteri quoque propheræ etſi Moſæ poſthumant, extremiſſimi tamen eorum non retroſiores deprehenduntur veſtris ſapientibus, legiſeris & hiſtoricis.* Apud Epiphanium eſt contra Antidicomarian. Moſen, *poſtquam prophetavit, non amplius uxori eſſe miſtum.* μετὰ τὸ προφητεῦσαι Μωϋσῆν, οὐκέτι γυναικὶ συνῆπται, οὐκέτι τικτοκυίσης, οὐκέτι γυνὴ ὁ τοιοῦτος. LANG.

P. 12. Ἐπὶ τῶν τ̃ χρηματείων ἀπάτων ἀφανισθε̃ι] Vide Euſebium, Præpar. Evang. lib. v. cap. x. ſeqq. Theodoritum, Θεραπευτ. lib. x. Minucium Felicem in Octavio, alios.

Ibidem Χαλδαίων &c.] Chaldæi Babyloniorum *antiquiſſimi fuere, qui eum locum in ſua repub. obtinuerunt, quem Sacerdotes in* Ægypto. *Ad cultum enim Dei deputati per omnem vitam ſuam philoſophantur, peritiſſimi Aſtrologi habiti.* Diodor. lib. III. LANG.

Pag. 13. Τὰ γὰρ τῶν Ελλήνων ἐδίπω ἦν] Plinius lib. 7. cap. ultimo, Aſſyrias *literas ſemper fuiſſe arbitror, quia literæ* Ægyptiæ, *quæ antiquiſſimæ habentur, longe poſt* Aſſyrias, &c. *Ex quo patet æternum fuiſſe uſum literarum.*

Primi per figuras Animalium Ægyptii *ſenſus mentis effinxerunt, & antiquiſſima monumenta Memoriæ humanæ impreſſa Saxis cernuntur. At literarum ſemet inventores perhibent: inde* Phœnicas, *qui Mari præpollebant, intuliſſe Græciæ memorant, Gloriam adeptos tanquam repererint, quæ ab* Ægyptiis *acceperant.* Cornel. Tacit. lib. II. hiſtor. Anguſtæ.

Quin, Galli *etiam priùs literas habuere, quam* Græci. *Nam ut author eſt* Cæſar in ſexto Comment. rerum Gallic: Galli *à* Dite (*qui idem* Samothes *fuerit*) *diſciplinas nacti, etiam uſque ad ſua tempora eas retinuerunt, uſi literis quibus &* Græcia. Xenophon *quoque author eſt,* Cadmum *intuliſſe* Græciæ *literas, ſimiles* Galatis *&* Mæonicis *magis quam* Phœnicibus. *Igitur ante* Cadmum *fuere literæ, philoſophia, carmina, Theologia & leges,* Hiſpanis, Gallis, Germanis *&* Italis *per multa ſæcula & ætates.* Joan. Annius in Comment. in Beroſum.

Primos literarum inventores, ſequentes complectuntur verſus:

Moſes primus Ebraicas exaravit literas:
Mente Phœnices Sagaces *condiderunt* Atticas:
Quos Latini *ſcriptitamus, edidit* Nicoſtrata:
Abraam Syras; *& idem repperit* Chaldaicas:
Isis *arte non minore protulit* Ægyptias:
Huldphilas *prompſit* Getarum, *quas videmus, ultimas.*

Petrus Crinitus de Honeſta diſcipl. lib. XVII. cap. I. LANG.

Ibidem. Πτολεμαίων] Ptolemæorum *eruditiſſimus, quem* Philadelphum *ſupernominant, & omnis literaturæ ſagaciſſimus, cùm ſtudio Bibliothecarum* Piſiſtratum

(*ut opinor*) *æmularetur, inter cætera Memoriarum, quibus aut vetuſtas, aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu* Demetrii Phaleræi Grammaticorum *tunc probatiſſimi, cui præfecturam mandaverat, libros à* Judæis *quoque poſtulavit: proprias ſcilicet, atque vernaculas literas, quas ſoli habebant. Ex ipſis enim & ad ipſos ſemper prophetæ peroraverant, ſcilicet ad* Domeſticam *Dei gentem ex Patrum gratia,* Ebræi *retro, qui nunc* Judæi. *Igitur & literæ* Ebraeæ, *& eloquium, &c. hodie ad* Serapæum Ptolemæi *bibliothecæ cum ipſis* Ebraicis *exhibentur, &c. in quibus videtur theſaurus collocatus* Judaici *ſacramenti, & inde etiam noſtri.* Tertull. in Apolog. cap. 18. & 19. Epiph. de Menſur. & ponderibus fuſius iſta refert: Ab *Anno mortis* Platonis, *uſque ad tempus, quo* Ptolemæus Rex Ægypti ſcripturas *propheticas gentis* Ebræorum de Judæa *poposcit, & per ſeptuaginta viros* Ebræos, *qui etiam* Græcam *linguam noverant, interpretandas habendaſque curavit, fermè reperiuntur ſexaginta, quapropter* Plato *in peragrinatione ſua* Ægyptia *prophetica eas ſcripturas legere non potuit, quæ nondum fuerant in* Græcam *linguam tranſlatæ, qua ille pollebat: Niſi forte, quia fuit acerrimi judicii & ſtudii, ſicut* Ægyptias, *ita & iſtas per interpretem didicit; & ideo de Deo multa ſenſit, quæ veritati noſtræ Religionis congruunt: non ut ſcribendo transferret, quod* Ptolemæus *pro ingenti beneficio, qui regia poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe perhibetur; ſed & colloquendo, quid continerent, quantum capere potuiſſet, addiſceret.* Aug. de Civitat. libro VIII. cap. XI. *Deus glorificatus eſt, & ſcripturæ verè divinæ creditæ ſunt, omnibus eandem & hiſdem verbis, & hiſdem nominibus recitantibus ſuas interpretationes ab initio uſque ad finem: ut & præſentes gentes cognoſcerent, quoniam per aſpirationem Dei interpretatæ ſunt Scripturæ. Unus & idem ſpiritus Dei in* prophetis *quidem præconavit* (προεκήρυξε) *quis & qualis eſſet adventus Domini: in Senioribus autem interpretatus eſt bene, quæ benè prophetata fuerant. Ipſe & in Apoſtolis annunciavit plenitudinem temporum Adoptionis veniſſe, & proximaſſe regnum cælorum, & inhabitare intra homines credentes in eum, qui ex Virgine, natus eſt* Emanuel, Irenæus lib. III. cap. XXV. *Septuaginta Interpretum authoritas, quanto etiam divinitus facto miraculo commendatur, tanta in Eccleſiis vetuſtate firmatur.* Auguſt. quæſt. Sup. Gen. cap. 169. LANG.

Eadem pag. 13. Οἰκίσκους γαιδᾶς μικρὰς] Hieronymus, epiſtola CIII. ad Deſiderium, ſive præfatione in Pentateuchum: *Neſcio, quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo exſtruxerit, quibus diviſi, eadem ſcriptitarint: cum Ariſtæas, Ptolemæi ὑποφαντίας, & multo poſt tempore Joſephus, nihil tale retulerint; ſed in una Baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe.* Latius hæc perſequimur Tractatu de variis Scripturæ ſacræ editionibus cap. VI. KORTHOLT.

Pag. 14. Ἰωσήπου &c.] Hieronymus Joſephum nihil tale retuliſſe ſcribit, ſed ſeptuaginta duos Interpretes iſtos una baſilica congregatos contuliſſe dicit, non prophetaſſe. Propterea, inquit Clemens Alexand. lib. I. Context. Græco *Sermone ſcripturæ ſunt expoſitæ, ut ne prætextum unquam aliquem ignorantiæ homines obtendere poſſint: cum audire queant, ſi modo velint, inſtituta ſacraque noſtra.* LANG.

Ibid. Τὸ δὲ παρ' Ἰουδαίοις ἔτι καὶ νῦν τοῖς τῆ ἡμετέρᾳ θεοσεβείᾳ διαφερόντως σώζεσθαι βίβλους] Auguſtinus, lib. XII. contra Fauſtum cap. XXIII. *Quid aliud eſt hodieque gens ipſa* Judæorum, *niſi quædam ſcriniaria Chriſtianorum, bajulans Legem & Prophetas, ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ?* & epiſtola III. *Reproba per infidelitatem gens ipſa Judæorum, à ſedibus exſtirpata, per mundum uſquequaque diſpergitur, ut ubique portet Codices ſanctos:* item enarrat. in Pſ. XL. *Judæi tanquam capſarii noſtri ſunt: ſtudentibus nobis codices portant. — Si aliquis perſtrepit inimicus,*

&

& dicit: *vos vobis Prophetas finxiſtis; proferantur codices Judæorum*: ac in P. LVI. *Propterea adhuc Judæi ſunt, ut libros noſtros portent ad confuſionem ſuam. Quando enim volumus oſtendere Paganis prophetatum CHRISTUM, proferimus Paganis iſtas literas. — Proferimus codices ab inimicis, ut confundamus alios inimicos. Codicem portat Judæus, unde credat Chriſtianus. Librarii noſtri facti ſunt; quomodo ſolent ſervi poſt dominos codices ferre.* Adde, quæ habet Lactantius lib. IV. cap. 10. KORTHOLT.

Pag. 15. Μηδ' ἴς τι σφαλέντες αὐτοὶ παρίδοσαν ὑμῖν τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι] *Veritati nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporis, non patrocinia perſonarum, non privilegium Regionum. Ex his enim fere conſuetudo, initium ab aliqua ignorantia vel ſimplicitate ſortita, in uſum per ſucceſſionem corroboratur, & ita adverſus Veritatem vindicatur. Sed Dominus noſter Chriſtus veritatem ſe non Conſuetudinem cognominavit; ſi ſemper Chriſtus, & prior omnibus æque veritas ſempiterna, & antiqua res. Hæreſes non tam novitas, quam veritas revincit. Quodcunque adverſus Veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam vetus conſuetudo*: Tertullian. de Virginibus veland.

Veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati. Nemo conſuetudinem rationi & veritati præponat. Ego ſum, Dominus ait, via, veritas. & vita, *non dixit*, Ego ſum conſuetudo: ſed veritas. Et certe (ut beati *Cypriani* utamur ſententia) quælibet conſuetudo, quantumvis vetuſta, veritati omnino eſt poſtponenda. *Et uſus, qui veritati eſt contrarius, eſt abolendus.* Auguſt. diſt. 8. *Conſuetudo ſine veritate, vetuſtas Erroris eſt.* Cyprian. ibidem. *Non ſtatim ea ſuſcipienda & aſſumenda, quæ jactantur in Nomine Chriſti, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate. Idem ad Jubaian.* LANG.

Ibidem Οἱ ἐν Αἰγύπτῳ γεγυμνωμένοι] Ambroſius, in Pſ. CXIIX. ſerm. XIIX. mentionem faciens loci cujuſdam Iſaiani, quem & Plato ſuo modo expreſſerit, *Dicite*, ait, *unde hæc Plato ſumpſerit. Eruditionis gratia in Ægyptum profectus, ut Moyſi geſta, Legis oracula, & Prophetarum dicta cognoſceret, audivit conſolationem populi, qui ſupra peccati modum videbatur fuiſſe punitus; & hunc locum, quadam adopertum dote verborum, in dialogum tranſtulit, quem ſcripſit de Virtute.* Similia habet idem libro de Noe & Arca cap. IIX. Conſer etiam Origenem contra Celſum lib. IV. atque Auguſtinum de Doctr. Chriſt. lib. II. cap. XXIIX. ubi tamen in eo fallitur, quod à Jeremia Propheta Judæorum dogmatibus in Ægypto Platonem fuiſſe imbutum exiſtimat: ſicut & ipſe errorem hunc agnoſcit, atque ex temporis ratione refellit, lib. IIX. de Civ. Dei cap. XI. De Pythagora, Thalete, Solone, quod Hebræorum Theologiam in Ægypto didicerint, teſtatur ex Porphyrio aliiſque ſcriptoribus Ethnicis, Theodoritus, Therapeut. libro. I. Vide inſuper heic Conſtantini M. orationem ad Sanctorum cœtum cap. 9. KORTHOLT.

Ibid. Οτι τὴ Ορφεὺς τὴ Ομηρῳ &c] Lege Irenæum libro ſecundo, caput 41. *Poetæ quamvis Deos carminibus ornaverint, & eorum res geſtas amplificaverint ſummis laudibus: Sæpiſſimè tamen confitentur, Spiritu vel mente una contineri, regique omnia.* Orpheus, *qui & vetuſtiſſimus Poetarum, & æqualis ipſorum Deorum* (*ſiquidem traditur inter* Argonautas *cum* Tyndaridis & Hercule *navigaſſe*) *Deum verum* πρωτόγονον, id eſt, primogenitum &c. *appellat.*

Primigenæ & lucens, & magnæ filius Auræ. Lactantius lib. I.

Poetæ quamvis veritatis arcana in parte corruperint, tamen ipſa res eò verior inveniatur, quod cum prophetis in parte conſentiunt: quòd nobis ad probationem rei ſatis eſt. lib. ſept. cap. 22. LANG.

Ibid. Ἐκ τῆς Μωϋσέως ἰσγύος ὠφεληθέντες] In eandem ſententiam ſcribit infra: πόθεν ἄλλοθεν μεμαθηκὼς ὁ Πλάτων πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνειν τὸν Δία ἐν οὐρανῷ λέγει,

λέγω, εἰ μὴ παῖς τῶν Προφητῶν ἐντυχὼν ἱστορίαις; & in Apologia, quæ poſterior vulgo dicitur, legiſſe ait Platonem, quæ de ſerpente æneo Moſes annotat Num. XXI. Nec deſunt ex venerando beatorum Patrum choro etiam alii, qui Pythagoram, Platonem, ſimileſque Græcorum Sapientes, ipſos Hebræorum libros ſacros evolviſſe, indeque nonnulla in Philoſophiam ſuam tranſtuliſſe, exiſtiment. Sic de Pythagora Ambroſius, lib. I. epiſt. VI. *Legerat in Exodo, Moyſi divino præceptum eſſe oraculo: Solve calceamentum pedum tuorum. — Legerat præceptum eidem Moyſi, ut montem cum Sacerdotibus aſcenderet.* De Platone verò ad hunc modum idem loquitur Epiſcopus, libro de Noe & Arca cap. VIII. *Iſtud* (agit de loco Gen. VI. 16.) *in Moyſe ſcriptis, ſive ipſe Socrates* (quem in opere ſuo loquentem Plato introducit) *ſive Plato, qui in Ægypto fuit, potuit vel legere, vel ab aliis percipere, qui legerant.* Quibus Ambroſianis omninò reſpondent illa Origenis, libro contra Celſum VI. ἐγὼ οὖν ἀπαγγέλλω τοῖς ἀπὸ τοῦ Φαίδρου λέξεις ἀπό τινων Ἑβραίων μεμαθηκότα τὸν Πλάτωνα, ὡς δέ τινες ἀνέγραψαν, ἐπὶ τῇ τοῖς ἱεροῖς ἐντυχόντα λόγοις, ἐπιτηδείως ἔχει. Idem minus dubitanter, magiſque ex ſua mente, libro VII. ait: παῖς ἱερὰς ἐντυχόντες γραφάς. (Plato aliique Græci) παραπεποιήκασιν αὐτὰ, τοιαῦτά τινα καὶ τὰ κρείττονα εἰρήκασι γῆς. Sed & Tertullianus, lib. II. ad Nat. cap. II. de τοῖς ἔξω ait, quod, *per curioſitatem omnimodæ literaturæ inſpiciendæ, divinis quoque Scripturis, ut antiquioribus, poſſint videri incurſaſſe, & inde nonnulla dempſiſſe.* Atque in Apologetico cap. XLVII. de iiſdem infit: *Si quid in Sanctis Scripturis offenderunt digeſtis, pro inſtituto curioſitatis ad propria opera verterunt.* Confer & librum ejus de Anima cap. II. Ceterum opinioni huic, quod Plato ejuſque σύγχρονοι ipſam Scripturam ſacram legerint, argumentum opponit ſatis validum Auguſtinus, lib. IIX. de Civ. Dei cap. XI. nempe, illa ætate nondum in Græcum linguam, quâ ipſe pollebat, tranſlatas fuiſſe divinas literas: *niſi forte*, ait, *quia fuit acerrimi ſtudii, ſicut Ægyptias, ita & iſtas per interpretem didicit; non ut ſcribendo tranſferret, quod Ptolemæus pro ingenti beneficio, qui Regiâ poteſtate etiam timeri poterat, meruiſſe perhibetur, ſed ut colloquendo, quid continerent, quantum capere potuiſſet, addiſceret.* KORTHOLT.

Eadem p. 15. Ὀρφεὺς ὧν] Minucii Felicis Octavius: *Audio Poetas quoque unum Patrem divûm atque hominum prædicantes, & talem eſſe mortalium mentem, qualem parens omnium diem duxerit.* Lactantius, lib. I. cap. 5. *Veniamus ad auctores*, inquit, *& eos ipſos ad veri probationem teſtes citemus, quibus contra nos uti ſolent: Poetas dico ac Philoſophos. Ex his unum Deum probemus neceſſe eſt, non quod illi habuerint cognitam veritatem: ſed quod veritatis ipſius tanta vis, ut nemo poſſit eſſe tam cæcus, qui non videat ingerentem ſe oculis divinam claritatem. Poetæ igitur, quamvis Deos carminibus ornaverint, & eorum res geſtas amplificaverint ſummis laudibus, ſæpiſſimè tamen confitentur, ſpiritu vel mente una contineri regique omnia.* Moxque ex Orpheo, Homero, Heſiodo, Marone, Ovidio, teſtimonia recitat. Confer Clementem Alex. in Protreptico, Athenagoram in Apologia, & librum de Monarchia, qui ſub Juſtini noſtri nomine extat. KORTHOLT.

Pag. 16. Εἷς Ζεὺς &c.]

Principio cœlum ac terras, camposque liquentes,
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.

Virgilius in ſexto

— *Deum*

— Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, pontumque profundum,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas. Ibidem LANG.

Eadem p. 16. Αὐδὴν σύμπνοια τοῦ Θεοῦ ὀνομάζει λόγον] Λόγος, i. e. Verbum, apud *Græcos* utramque brevem habet syllabam. Itaque pro eo æquipollens sive Synonymum nomen positum αὐδὴ, id est, *vox*. In *Latino* carmine utrobique dictio Verbum quadrat. Ego tamen αὐδὴν, *vocem* verti. LANG.

Ibidem Τὴν ἀρχαίαν καὶ σφόδρα παλαιὰν Σίβυλλαν] Sæpius prisci Ecclesiæ Doctores pro Christianæ religionis veritate Sibyllarum carmina advocant. Vide Lactantium, Divin. Instit. lib. I. c. VI. lib. IV. c. XV. seq. & de Ira Dei cap. XIIX. seq. quique ad illum heic provocat, Augustinum, lib. XIIX. de Civ. Dei cap. XXIII. item Clementem Alex. Strom. 1. Gregorium Naz. carm. ad Nemesium, Constantini M. orat. ad Sanctorum cœtum cap. XIIX. seq. Hieronymum, contra Jovinianum lib. I. Origenem, contra Celsum lib. VII. Ceterum an revera à Sibyllis carmina ista, quorum toties mentionem Patres faciunt, composita sint, num potius ab otiosis hominibus conficta, nolumus nunc disquirere. Extant ea de re integri doctissimorum virorum commentarii, quos consulere potest quisquis argumento isto delectatur. De Sibyllistis, quos inter Christianos haberi Celsus objecit, videatur commentarius noster de Origine & natura Christianismi ex mente Gentilium, cap. XII. KORTHOLT.

Pag. 17. Εἰδώλων ξοάνων τε —] *Dæmonum hoc instinctu factum ad decipiendos homines, ut falsos Deos cum veri Dei injuriâ multos colant, & hominibus mortuis, qui nec cum viverent, verè vixerunt, templis, altaribus, sacrificiis, sacerdotibus, quæ omnia cum recta sunt, non nisi uni Deo vivo & vero debentur, inserviant.* August. de Civit. lib. XVIII. cap. 18. Lucilius contra simulachrorum cultores apud Lact. lib. I. Sic scribit.

Terricolas Lamias, Fauni *quas*, Pompiliique
Instituere Numæ: *tremit has, hic omnia ponit* (superstitiosus Deorum cultor)
Ut Pueri infantes credunt signa omnia ahena
Vivere, & esse homines: sic isti omnia ficta
Vera putant, credunt signis cor inesse ahenis.
Pergula pictorum: veri nihil: omnia ficta. LANG.

Pag. 18. Πυθαγόρας] Lactantius, lib. 1. cap. v. *Hactenus de Poetis. Ad Philosophos veniamus: quorum gravior est auctoritas, certiusque judicium: quia non rebus commentitiis, sed investigandæ veritati studuisse creduntur.* Minucius Felix: *Recenseamus, si placet, disciplinam Philosophorum: deprehendes, eos, etsi sermonibus variis, ipsis tamen rebus in hanc unam coire & conspirare* de uno Deo *sententiam.* Adde Clemens Alex. Protrepticon. KORTHOLT.

Ibid. Μονάδα ἔχειν ἀπάντων λέγων] Ovidius quoque in principio præclari operis, sine ulla nominis dissimulatione, à Deo quem fabricatorem Mundi, quem rerum Opificem vocat, mundum fatetur instructum:

Ille opifex rerum, mundi melioris Origo. &c.

Pythagoras *unitatem dixit Deum esse, & sine hac nihil esse creatum. Dixit quoque à Luna deorsum versum omnia esse, patibilia: quæ autem supra eam sursum versum sunt, impatibilia. Postremo autem, seipsum Deum nominat.* Epiphanius in Compend. Catholicæ fidei.

Et omnino Pythagoras & Socrates & Plato, *dicentes se Dei vocem audire,*

rerum

rerum universarum conditionem contemplati sunt, accurate à Deo factam, quam etiam indesinenter contineat: audiverunt enim Mosen *dicentem:* dixit, & facta sunt: *Mundum Dei opus esse describentem.* Clem. Alexandr. lib. V. Context.

Sed enim quod probatissimi quique Græcorum *Deum non secundum cognitionem, sed secundum designationem* (πεφάσιν) *sciant, Petrus in prædicatione* (apocrypho libro) *dicit: cognoscite ergo unum esse Deum, qui initium rerum Universarum fecit, & finis habet potestatem: invisibilis, omnia videns, incomprehensibilis, omnia comprehendens: nullius rei indigens, sed cujus cuncta indigent, & per quem cuncta consistunt, quem capere non est: perpetuus, incorruptibilis: infectus, sed qui ipse Verbo virtutis suæ, hoc est filii, fecit universa.* Deinde refert: *Hunc ipsum Deum colite, non secundum* Græcos, *videlicet tanquam eundem, quem nos spectati apud* Græcos *colebant Deum viri: verum non juxta perfectam cognitionem, utpote qui filii traditionem non addidicerint.* Non dixit, ne Deum colueritis, quem Græci colunt: *Sed ne Deum secundum Græcos colueritis: modum duntaxat colendi Dei varians, non Deum alium annuntians. Sane quidem quid sit,* Non secundum Græcos colere Deum, *ipse declarat Petrus: Quoniam ignorantia ducti, & Deum minime juxta perfectam rationem, sicut nos, scientes, quæ eis ad utendum, fruendum cum ea qua vellent potestate sunt data, ligna & Saxa, æs & ferrum, aurum & argentum, quæ materiæ eorum sunt & usus, conformant, & quæ rerum existentium serva sunt, elaborant & colunt, tum autem quæ Deus eis in cibum & usum dedit volatilia cæli, & in mari natantia, & reptilia terræ, & feras cum jumentis quadrupedibus agri, mustelasque præterea & mures, feles & canes, & simias* (pro Diis habent) *& cibaria propria hominum tanquam sacrificia sacrificant, & mortuis veluti Diis mortua offerunt: ingratos se erga Deum exhibentes, & per hæc illum negantes esse. Et quod eò Petrus ferat ut eundem & nos &* Græcos *nosse Deum, sed non similiter,* rursus hoc modo subjungit: *Nec vero secundum* Judæos *colueritis. Nam illi soli existimantes se Deum nôsse, nesciunt se servire* Angelis & Archangelis, Menſi & Lunæ. *Et nisi Luna appareat, sabbatum non agunt, quod dicitur primum: neque neomeniam celebrant, neque azyma, neque festum, neque diem magnum. Postremo colophonem quæstionis subinferens ait; Quapropter & vos sanctè & justè quæ vobis tradimus edocti, servate, novè Deum per Christum colentes: Invenimus enim in Scripturis, quomodo Dominus dicat:* Ecce dispono vobis testamentum novum, non sicuti disposui patribus vestris in monte Oreb. *Novum disposuit vobis.* Græcorum *enim &* Judæorum *vetera sunt:* Nos *autem ipsum nove tertio genere* (secundum Platonem) *colimus Christiani. Apertè, ut opinor, significavit* Petrus, *unum & solum Deum, à* Græcis *gentiliter, à* Judæis *vero* Judaicè, *nove autem à nobis & spiritualiter nosci* Clem. Alexan. lib. VI. Stromat.

Quod autem *novè tertio genere nos Deum colere* dicit, eo Spectare autumo, quod juxta eundem *Clementem* tres, metallorum nomine, designentur politiæ. *Judæorum, Græcorum, Christianorum, quibus aurum regium spiritus sanctus est immixtus.*

Cæterum quod hic *Justinus* in *Pythagora* & *Platone*, de eorum perigrinatione ad Theologiam, id Plinius ad magiam refert, lib. 30. cap. 1: *Quanquam animadvertam, summam literarum claritatem, gloriamque ex ea scientia antiquitûs & pene semper petitam. Certe* Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato *ad hanc discendam navigavêre, exiliis veriùs quam peregrinationibus susceptis. Hanc reversi prædicavere, hanc in arcanis habuere.* LANG.

Ibidem Τὰ συμβεβηκότα Σωκράτει] Lactantius, lib. V, cap. XIV. *Plato quidem multa de Deo uno locutus est, à quo ait constitutum esse mundum; sed nihil de religione. Somniaverat enim Deum, non cognoverat. Quod si justitiæ defensionem vel*

ipse,

ipſe, vel quilibet alius implere voluiſſet, imprimis religiones Deorum evertere debuit, quia contrariæ ſunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentavit, in carcerem conjectus eſt. Idem lib. II. cap. III: *Si quid tibi, Cicero, virtutis eſt, experire populum facere ſapientem. Digna res eſt, ubi omnes eloquentiæ tuæ vires exeras. Non enim verendum eſt, ne te in tam bona cauſa deficiat oratio, qui ſæpe etiam malas copioſe ac fortiter defendiſti. Sed nimium Socratis carcerem times; ideoque patrocinium veritatis ſuſcipere non audes.* KORTHOLT.

Ibidem Θεὸς ὃς ἡ πόλις νομίζει, ἀ νομίζων] Tametſi non minus, Theologiæ Civilis, quàm Mythicæ impietatem & abſurditatem probe perſpexerint. qui inter Ethnicos erant ſapientiores, apertè tamen illi contradicere neque auſi ſunt; quod videlicet capitali pœnâ in eos animadvertere leges juberent, qui ſecundùm patrium morem Deos non venerarentur (vide, quæ notamus paulò poſt) neque conſultum duxerunt; quod religionem ex uſu reipublicæ conſtitui viderent, crederentque, imperitam multitudinem tot Numinum metu facilius in officio contineri poſſe. Quod reſpiciens Ariſtoteles, lib. XII. Metaphyſ. cap. IIX. iis, quæ de Deo recte & vere ab antiquis tradita, ſuperaddita eſſe ait nonnulla fabuloſa, ὡς πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν, & ὡς πρὸς τὴν εἰς τὸς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν, *ad perſuaſionem vulgi, & ad legum ſtatuſque oportunitatem.* Hinc igitur fit, ut, qui ceteroquin non niſi unum Deum agnoſcunt, Deos tamen in ore & calamo frequenter habeant, ſuamque iſthanc loquendi rationem ita excuſent, quod unus ille Deus pluribus ac diverſis nominibus appellari poſſit & ſoleat, ob varias ipſius virtutes, munera, & beneficia, ei inditis. Ita diſertè auctor libri de Mundo, qui ſub Ariſtotelis nomine extat, capite VII: εἷς δὲ ὢν, πολυώνυμός ἐστι, καὶ νομιζόμενος τοῖς πάθεσι πᾶσιν, ἅπερ αὐτὸς ποιεῖ. Et Seneca lib. IV. de Beneficiis cap. VII. VIII. *Quoties voles, tibi licet aliter auctorem rerum noſtrarum compellare. — Quæcumque voles, illi nomina propria aptabis, vim aliquam effectumque cæleſtium rerum continentia. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quot munera.* Lege quæ ibidem ſequuntur plura, & confer eumdem Senecam Quæſt. Natur. lib. II. cap. XLV. Sic quoque Maximus Madaurenſis, in ſua ad Auguſtinum epiſtola, (& inter Auguſtinianas XLIII.) ubi dixiſſet, *unum eſſe Deum ſummum*; ſtatim ſubjicit: *Hujus nos virtutes, per mundanum opus diffuſas, multis vocabulis invocamus.* Adde quæ habet Theodoritus libro II. contra Græcos. KORTHOLT.

Pag. 20. Ταῦτα τοίνυν ἐν Αἰγύπτῳ &c.] Celebris antiquis, atque ipſi etiam *Platoni* fuit *Ægyptiorum* & *Chaldæorum* ſapientia, de ſolâ ſacrarum ceremoniarum, & divini cultus ſcientia propagata & optimo cuique inter Philoſophos quoque Viro, quod in *Epinomide* etiam à *Platone* probatur, pro comperto eſt, ſummam Sapientiam (quemadmodum à principio annotavi) in Veræ religionis aſſertione conſiſtere. Quò minus mirandum eſt, antiquitus tot & tantos viros, *Homerum, Pythagoram, Platonem*, ea gratia *Ægyptum* adiiſſe. Nam & *Thales* ad *Pherecydem* ſcribit, in *Ægyptum* cum *Solone* ſe profectum eſſe, *Sacerdotes & Aſtronomos* videndi ſtudio, ibique ſe *Geometrica* addidiciſſe. Cælius Rhodigin. lib. XVI. cap. IV. LANG.

Ibidem Μνημονεῦσαι παρ' Ἀθηναίοις ὡς ἀσφαλὲς ἡγεῖτο] De Athenienſibus teſtatur Iſocrates in Areopagitico, quod neque patria ſacra à majoribus accepta dereliquerint, neque iis quidquam adjecerint, ſed neque peregrina ulla receperint, οὐκεῖνο μόνον ἐτήρουν, inquiens, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων παραλύσουσι, μήτ' ἔξω τῶν νομιζομένων παρεδήσουσιν· ἐ γὰ ἐπὶ πᾶς πολυτελείας ὑνόμιζον εἶναι τὴν εὐσέβειαν, ἀλλ' ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν, ὧν αὐτοῖς οἱ πρόγονοι παρέδοσαν. De iiſdem Joſephus, libro II. contra Apionem, ſcribit, quod

 mulierem

mulierem quandam Sacerdotem ob exterorum Deorum cultum interfecerint, capitiſque ſupplicium decreverint, ſi quis peregrinum aliquem Deum introduceret. Et ſane in ipſo ſacro Codice, Actor. XVII. legimus, Athenienſes Paulum, quod peregrinos Deos annunciare videretur, novamque, ut ajebant doctrinam eorum auribus inferret, in Areopagum pertraxiſſe. Ubi de ſummis criminibus cognitionem haberi ſolitam, & nominatim de impietate, ex illis, quæ Diogenes Laertius, lib. II. cap. IX. de Theodoro narrat, ſatis liquet. Ait namque, cum ἀσεβείας reus ageretur Theodorus hic, parum abfuiſſe, quin in Areopagum abduceretur, liberatum tamen eſſe à Demetrio Phalereo: etiamſi Ambicrates ſcribat, quod damnatus ſit, venenumque hauſerit. Certè Socratem bibiſſe cicutam, ὡς μὴ νομίζοι θεὺς ἡ πόλις ἃ νομίζομεν. ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενον, *quod non eoſdem atque civitas Deos putaret, & nova Numina inveheret*, (hoc verò illud ipſum eſt crimen, cujus inſimulabantur Apoſtolus cæterique Chriſtiani; ut rectè noſter obſervat Juſtinus Apolog. I.) idem annotavit Laërtius memorato loco cap. V. Conſer præterea Cyrillum Alex. lib. VII. contra Julianum, & Euſebium ſub initium libri IV. Præparationis Evangelicæ, referque inſuper huc, quæ de eadem hac materia obſervamus infra ad Apologiam Juſtini II. KORTHOLT.

Eadem p. 20. Τί τὸ ὂν μὴ ἀεὶ &c.] Hoc Cicero ita eſt interpretatus in libro de Univerſit. *Quid eſt, quod ſemper ſit, neque ullum habet ortum: & quod gignatur nec unquam ſit?* LANG.

Pag. 21. Τί τὸ γενόμενον μὴ, ὂν δὲ οὐδέποτε] Cicero hæc verba eo quo dixi loco ſit vertit: *Quid eſt quod ſemper ſit &c. Quorum alterum intelligentia, & ratione comprehenditur, quod unum atque idem ſemper eſt, &c. alterum, quod aſſert opinionem ſenſus rationis expertis, quod totum opinabile eſt, id gignitur & interit, nec unquam eſſe poteſt.*

Epiphanii contra Marcionit: de Ente & non Ente, & cauſa atque fine mali, ſententia luculenta eſt: *Omne quod deſinit æternum non eſt. Verum ſi initium ut eſſet, habuit, finem quoque ſubibit, fieri namque non poteſt, ut quod principium habuit, æternum perennet: niſi velit, id quod ſit* (τὸ ὄν, Ens) *quod Cauſa eſt, & Author ejus, quod nunquam ſit* (τὸ μήποτ' ὄντος, non Entis) *initium autem, ut ſit, habuit. Quod autem ſit* (τὸ ὄν) *eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & quod non ſit* (τὸ μὴ ὄν) *ſunt creata cuncta, quæ primordium ut eſſent, habuêre. In quibus etiam eſt id quod dicitur malum. Et quod ſit malum, initium ſumpſit ab hominibus editis, qui nunquam fuerint. Et cum eſſe deſierit, non amplius extabit malum. Abolitum eſt id jam inde à promulgatione Legis, & ante Legem, à pluribus eorum, qui juxta Legem naturæ vixerunt: longe verò abundantius ab ipſius corporali Chriſti adventu: perfectiſſimè porro auferetur à mortuorum reſurrectione.* LANG.

Ibidem. Οὔτε τινὲς θεοὶ θανάτου μοίρας τῆς ἐμῆς βουλήσεως &c.] Ciceronis tranſlatio: *Quoniam eſtis orti, immortales vos quidem eſſe & indiſſolubiles non poteſtis: nec unquam tamen diſſolvemini, neque vos ulla mortis fata periment, nec fraus valentior, quam conſilium* (βουλὴ) *meum, quod majus eſt vinculum ad perpetuitatem veſtram.* lib. de Univerſit. LANG.

Pag. 22. Τῷ γὰρ τὰ ὕλης δεσμὰ, ἀλῦτα ὄντα & ἰσόχρονα, τῷ ἡλικιῶται—τῷ δημιουργῷ θεῶν &c.] In tractatu materiæ, ubi ipſi Plato eſt contrarius. Epiphanius adverſus Platonicos ſic inquit: *Cœlum, ſecundum* Platonem, *una cum tempore generatum eſt, ac ſimul cum eo diſſolvetur. Qua ſententia, ea, quæ antea de materia promulgarat, abrogavit. dixerat namque Materiam Deo æqualem ſive contemporaneam eſſe.* LANG.

Pag. 24. Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν, ἐφ' ἧς τῆς ὢν συνκαιῶς &c.] *Erat & erit quæ nati tempo-*

ris

poris ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſſignamus. Dicimus enim de Illa, Eſt, erat, & erit. Sed illi revera ſolum eſſe competit; fuiſſe verò & fore deinceps ad generationem tempore procedentem referre debemus. Plato in Timæo.

Viva & germana divinitas, nec de novitate nec de vetuſtate, ſed de ſua veritate cenſetur. Non habet tempus æternitas. Omne enim tempus ipſa eſt. Quod facit, pati non poteſt. Caret ætate, quòd non licet naſci. Deus tam alienus ab initio & fine eſt, quam à Tempore arbitro & metatore initii & finis. Tertullianus libro primo contra Marc. *Nihil quidquam futurum eſt Deo, ſed ſimul omnia in ipſo ſunt perfecta.* Epiphanius contra Arian.

——— *Deus*
Extraque & intus implet ac ſuperfluit.
Intemporalis, antequam primus Dies,
Eſſe & fuiſſe ſemper Unus obtinet. Prudentius in Roman. LANG.

Ibidem Τὸν παλαιὸν λόγον] In hanc ſententiam Verbum Pindari refert Clem. Alexand. lib. 1. Stromat. *Non apud omnes libet veterem aperire orationem, ſive vetus verbum, præterquam fideliſſimis ſilentii viris. Hæreticis Plato religioſior oſtenditur, qui eundem Deum & juſtum & bonum confeſſus eſt, habentem poteſtatem omnium, ipſum facientem judicium, ſic dicens: Et Deus quidem quemadmodum & vetus ſermo eſt, initium & finem & medietates omnium, quæ ſunt, habens, rectè ea perfecit ſecundum naturam circumiens. Hunc autem conſequitur Juſtitia, ultrix in eos, qui deficiunt à lege divina.* Iren. lib. 3. cap. 45. *Sane quidem Numenius Pythagoricus apertè ſcribit,* prout ab initio quoque annotavi: *Quid enim eſt Plato aliud, quam Moſes Atticus?* Porro Platonis in Ægypto præceptorem fuiſſe, Clem. Alexand. ſcripſit, Sechnuphidem Heliopolitam: ſicuti Pythagoræ, Sochnetem archiprophetam Ægyptium, Stromat. lib. 1. LANG.

Ibid. Τὰς δὲ τῶν τοιούτων ἀρχὰς ὁ Θεὸς οἶδεν &c.] *Illum qui intelligentiæ ſapientiæque ſe amatorem profitetur, neceſſe eſt intelligentis ſapientiſque Naturæ primas cauſas conquirere. Deinde ſecundas cauſas rerum earum, quæ neceſſario movent alias, ipſæ ab aliis moventur.* Cicero de Univerſ. LANG.

Ibid. Ἐπειδὴν ὡς ἐγγὺς ᾖ τοῦ οἴεσθαι πλουτήσειν] *Omnibus morituris pœnitentiæ ingruit, in memoriam ea, quæ per injuriam commiſerunt, revocantibus: & inceſſit illis impetus, quo ſe vellent juſte omnia feciſſe.* Incerti authoris.

Æquo animo excedendum eſſe ex hac vitâ, ſic etiam Cicero Tuſcul. 1. ſcripſit: *Nos ſi à Deo denunciatum videatur, ut exeamus à Vita, læti & agentes gratias pareamus: emittique nos è cuſtodia, & levari vinculis arbitremur, ut in æternam & plane noſtram domum re migremus, &c. ſin autem nihil denunciabitur, eo tamen ſimus animo, ut horribilem eum diem aliis, nobis fauſtum putemus; nihilque in malis ducamus, quòd ſit vel à Diis immortalibus, vel à Natura parente omnium conſtitutum. Non enim temere, nec fortuito ſati & creati ſumus: Sed profectò fuit, quædam vis, quæ generi conſuleret humano, nec id gigneret aut aleret, quod cum exantlaviſſet omnes labores, tum incideret in mortis malum ſempiternum.*

De veris Philoſophis & ſpe futurorum bonorum, ſic Platonem allegat Clem. Alexand. lib. 1 Stromat. *In ſacris multi ſunt virgiferi, pauci Bacchi, ut ajunt; quaſi diceret: Multos eſſe vocatos, paucos electos. Hi vero non alii ſunt, quam qui rectè ſunt philoſophati,* inquit: *à quibus Ego, quoad potui, non longe abfui per vitam omnem. Id enim omnibus modis expetivi & ſtudui. An autem rectè expetiverim, & quantum ſim in vera philoſophia aſſecutus, illo cum venerimus, certo ſciemus paulo poſt, cum Deus volet.*

Sane quidem ei, qui non videri, ſed eſſe velit juſtus, verum pulcherrimarum conſcientiam, extra ſimulationem omnem adeſſe convenit. Id. Ibid.

— *hic murus aheneus eſto*
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa. Horat.

De Syntereſi & conſcientia bona, quæ non modo animæ, ſed corpori etiam hominis hilaritatem ſuam affert, Gregorii Theolog. verba ſunt: *Nihil nos ita exhilarare ſolet: ut conſcientia pura & ſpes bona.* Et rurſum, *conſcientia gaudio exultans, una ſecum ſimul ad pulchritudinem faciem ipſam & vultum componit,* (συσχαλλωτιοῦ) *& maxillas rubore rigat animæ firma valetudo. Nec ſimpliciter à ſapiente eſt dictum: Cordis lætitia affluentis vultus floret.* καρδίας ὑυφραινομένης ἀνθρωπου θάλλει. LANG.

Pag. 25. Περὶ χείσεως μεμάθηκα] Orci *cujuſdam profundæ aperiuntur Portæ, & amnes ſimul ignis, & Stygis vivi commiſcentur, & caligo denſatur, multiformia oſtendens ſimulachra, quæ gravem aſpectum, & miſerabiles proferunt voces. Quæſitores autem ibidem, & tortores ſunt, atque hiatus receſſuſque infinitorum malorum pleni.* Plutarchus. Erum Pamphylum Plato ſcribit *inter eos, qui in acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe, biduoque poſtquam inde delatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe.* Valerius Maxim. lib. 1. de Mirac.

Erus iſte Zoroaſtres eſt, qui de ſeipſo hæc ſcripſit: *Conſcripſi Zoroaſtres Armenii genere Pamphylus, qui in bello mortuus ad inferos deſcendi, & à Diis hæc addidici. Hunc ipſum Zoroaſtrem,* Plato, *duodecimo die ſuper pyram poſitum revixiſſe dicit.* Clem. Alexand. lib. 5. Context.

Apud Epiphanium in principio Panarii operis eſt, *Zoroaſtren hunc inventorem fuiſſe pravæ doctrinæ Aſtrologiæ & magiæ, temporibus ferè Nimroti gigantis.* Idem ſcribit Plinius lib. 30. cap. 1.

Apud Auguſtinum de Gen. ad lit. lib. 12. cap. 17. *Puer acuto morbo laborans, inter dolores abreptus ab omnibus ſenſibus jacet, patentibus oculis neminem circumſtantium videns, & ad nullam vellicationem ſe movens; & quodam die duos, alterum provectioris ætatis, alterum puerum cernit. quibus ducentibus & oſtendentibus videt chorum piorum pſallentium, lætantiumque in luce mirabili, & impiorum in tenebris diverſas & atrociſſimas pœnas: felicitatis aliorum, aliorumque infelicitatis, meritum* &c. & ibid. cap. 32. *Pœnalia loca ſæpe demonſtrata ſunt his qui rapti ſunt à corporis ſenſibus, & mortuis ſimiles jacuerunt,* &c. Et horrenda fuit viſio Tondali militis per aliquot dies, quibus tanquam mortuus jacuit: ut viſiones Brigittæ taceam, & apparitiones, quas in libro Dialogorum divus recitat Gregorius.

Id genus exemplum recens reperitur apud Alexandrum Neapolitanum, Genialium diſſertationum lib. 6. cap. 21. quod paucis hic referre, viſum eſt operæ pretium eſſe. In Pelignis opidum eſt, obſcura licet origine, non ignobile tamen (conſultò nomine ejus abſtinetur) Hujus Dominus ſuperbè & avarè civibus ſuis imperitavit. Atque inter alia tyrannica ejus facta, illud in primis memoratur. Tenuis fortunæ homo, canem ejus venaticum ita verbarârat, ut periiſſe ille putaretur. Eam ob cauſam in tetrum eſt miſer conjectus carcerem, atque duriter ibi aſſervatus in vinculis. Cœterum clauſa, probeque undique munita cuſtodia, per dies aliquot diſparuit, ac deinceps eo reverſus cuſtodes evocavit, cibum ſibi afferri rogans. Illi rem ad herum referuut, ad quem adductus (nam id unice petierat) ſe ab inferis rediiſſe narrat. Eo namque ſqualore cuſtodiæ territus, & deſperatione adductus, à dæmone cui ſe pacto devoverat,

devoverat, è ferreis clauſtris non ſine gravi truſura extruſus, & per loca inferna & profundas vaſtitates præceps actus fuerat; ubi impiorum Pontificum, ducum, regum & aliorum omnis generis ætatis & ordinis hominum, in vaſtis hiatibus ſupplicia ſæviſſima viderit: quoſdam etiam ſibi in vita notos recognoviſſe ſe dixit. Inter quos ab eo quidam ſcrutatus ſit, quid rerum in patria ageretur: eundemque cum gravi dominatu illam premi audiſſet, mandaſſe homini ut Domino renuntiaret, paratum illi ibi ſuum eſſe tormentorum locum, niſi tyrannide ſæva deſiſteret: & quo certior ei fieret fides, ſecretum Tyranno conſilium in militia aliquando ſecum, nullo prorſus alio conſcio, communicatum inſinuaſſe. Quæ vero iſtic viderentur eſſe inſulæ, coronæ & purpureæ veſtes, auro & lapillis pretioſis diſtinctæ, flammam eſſe infernalem aſſeveravit, cujus levi ſaltem afflatu dextra ejus penè exuſta ſit. Res hæc domino ei, & cæteris omnibus, ut miraculo, ſic etiam terrori fuit. Miſer autem ille carcere liberatus, non ita diu in mærore ſummo conſternatus vivens, inter ſuos lachrymantes, & vicem ejus miſerrimam dolentes, mortuus eſt. LANG.

Pag. 26. Περὶ δὲ σώματος ἀναστάσεως] *Nonnulli noſtrum, propter quoddam præclariſſimum loquendi genus, & propter nonnulla, quæ veraciter ſenſit, amantes* Platonem, *dicunt eum aliquid ſimile nobis etiam de mortuorum Reſurrectione ſenſiſſe. Quod quidem ſic tangit* in lib. de Repub. Tullius, *ut eum luſiſſe potius, quam quod id verum eſſet, affirmando dicere voluiſſe quis putet. Inducit enim hominem revixiſſe, & narraſſe quædam, quæ* Platonis *diſputationibus congruebant.* Aug. de Civit. lib. 22. cap. 28. LANG.

Ibid. Τιτυὸν]

Virgilius — *Nec non & Tityon terræ omniparentis alumnum,*
Cernere erat, per tota novem cui jugera corpus
Porrigitur: roſtroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tondens, fœcundaque pœnis
Viſcera, rimaturque epulas, habitatque ſub alto
Pectore, nec fibris requies datur ulla renatis. LANG.

Pag. 27. Εἶτα ἥλιον καὶ σελήνην] *Quidam volunt Lunam plenam* (πλήθει) *eſſe primitus factam; quod plena Luna initio noctis aſſurgit, mox poſt ſolis occaſum.* &c. Aug. de Gen. ad lit. cap. 13.

In principio. Utrum in principio temporis: an in principio, in ipſa ſapientia Dei? Quod ſi Deus caret initio, quomodo faceret aliquid ex initio, ex quo ipſe non eſt? Ac per hoc, ex initio fecit ille ex quo fecit: id eſt, ex quo cœpit eſſe quod fecit. Eſt enim principium ſine principio. & eſt principium cum alio principio. Principio ſine principio ſolus pater eſt: ideo ex uno principio eſſe omnia credimus, filius autem ita Pricipium eſt, ut de Patre ſit. (unde Gregor. Nazianzenus canit:

Παντοκράτωρ ἀγένητε, ἀνάρχέτε, καὶ πάτερ δόξης
Υἱοῦ ἀθανάτοιο, φάους μέγα φῶτος ὁμοῖε.
Omnipotens ortum ignorans, & principii expers,
Principiique parens gnati immortalis, & ingens
Luminis æqualis lumen, &c.)

Ipſe eſt virtus & ſapientia Dei, de quo ſcriptum: *Omnia in ſapientia feciſti, &*

in ipſo condita ſunt omnia in cœlo & in terra, viſibilia & inviſibilia. Pſal. 103. Col. 1.

Et Chriſtianus audiens, in Principio feciſſe Deum cœlum & terram, Trinitatem ipſam accipit. Intelligere ergo debemus, Deum qui ex nullo cœpit eſſe principio, feciſſe cœlum in principio, vel ex quo cœlum eſſe cœpit; vel in Filio, qui eſt primogenitus omnis creaturæ. Et mundus per ipſum factus eſt. Ex Auguſt. lib. de Gen. ad lit. imperf. cap. 2. lib. Contr. adverſ. leg. & prophet. cap. 2. lib. contr. Adimt. Manich. diſcip. cap. 1.

Hoc me delectat plurimum, quod etiam in ſummo exordio ſancti libri Geneſeos *Trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur,* In principio fecit Deus cœlum & Terram: *ut Pater feciſſe intelligatur in Filio: ſicut atteſtatur Pſalmus, ubi legitur:* Quam magnifica ſunt Opera tua Domine. omnia in ſapientia (quod eſt verbum ejus, & in ſcriptura principium nominatur. Sicuti Dominus in Evangelio Judæis quærentibus quis eſſet, reſpondit ſe eſſe principium, Joan. 8.) feciſti: *convenientiſſime paulo poſt commemoratur etiam Spiritus Sanctus. Cum enim dictum eſſet qualem terram Deus primitus fecerit, vel quam molem, materiamve futuræ conſtructionis mundi, cæli & terræ nomine nuncupaverit, ſubjiciendo & addendo:* Terra autem erat inviſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum: *Mox ut Trinitatis commemoratio compleretur:* Et ſpiritus inquit, Dei ferebatur ſuper aquas. Idem Auguſtinus, de Civitate lib. 11. cap. 32.

Quæri poteſt, utrum jam diſtincta & compoſita omnia Moſes *dixerit cœlum & terram: an ipſam primo informem univerſitatis materiam, quæ in has formas & ſpecioſas Naturas, Deo ineffabiliter jubente, digeſta eſt, cæli & terræ nomine nuncupaverit? Quanquam enim legimus, Qui feciſti mundum de informi Materia: tamen ipſam etiam materiam, cujuſmodicumque ſit, non poſſumus dicere non ab eo factam ex quo omnia confitemur & credimus, ut etiam ipſa digeſtio & ordinatio ſingularum rerum mundus vocetur: ipſa vero Materies cœlum & terra, velut ſemen cœli appellata ſit, quaſi confuſum atque permixtum ab Artifice Deo, accipiendis formis idoneum.* Idem de Gen. ad lit. cap. 2.

Non modo adverſus variantes errantium philoſophorum de rerum principiis & cauſis, hoc eſt, de Deo & creatione hujus Univerſitatis, opiniones: verum etiam, & quidem multo magis, contra Valentini *æones:* Baſilidis item, Cerdonis, Marcionis, Manichæi *& aliorum hæreticorum vana & impia deliramenta, de eodem Argumento futiliter ex ſuggeſtione diaboli excogitata, recta & certa ſacrarum literarum tenenda eſt ſententia: Non alium eſſe rerum omnium conditorem, quam Deum cum Unigenito Verbo & Spiritu Sancto.* Verbo enim Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu oris ſui omnes virtutes eorum, inquit Pſaltes Pſal. 32. *Et alibi idem,* viſibili & inviſibili creatura commemorata, *ubi ad factorem earum hymnis celebrandum illas eſt cohortatus, infert:* Quoniam ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt: *Et rurſum:* Extendens cœlum, ſicut pellem, tegens aquis ſuperiora ejus. *Et paulo poſt:* fundans terram ſuper ſtabilitatem ſuam. Pſal. 133. *Et iterum:* qui fecit cœlos in intellectu, qui firmavit terram ſuper aquas. Pſalm. 135. *Et ante hunc magnus ille* Moſes *certius etiam nos docet, ut Deus cœlum fecerit, & terram una cum aliis Elementis, ut luminis Naturam condiderit: & cœlum quidem luminaribus, terram autem ſaltibus & ſylvis, pratis & fundis exornaverit: ut animantium ipſe produxerit genera, & volucribus quidem, in quo diverſarentur, conceſſerit aerem: Natatilibus vero attribuerit Eſſentiam humentem, pecudibus autem & feris terram dederit, & ut poſt omnia, hominum formæverit Naturam. Tum vero uno conſenſu nos idem docent prophetæ omnes. Nam* Eſaias *clamat:* Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos, firmans terram & quæ in ea ſunt, dans flatum

flatum populo, qui eſt ſuper eam, & Spiritum calcantibus eam. cap. 42. *Et iterum*, qui ſtatuit cælum tanquam teſtudinem (καμάραν noſtra Bibl. velut nihilum) & extendit ipſum ſicut tabernaculum. 40. *Et ipſe Deus per eundem ait*: Extendi cælum ſolus. *porro beatus* Hieremias *ita inquit*: Iſte eſt Deus, qui exhibuit terram, replevit eam pecoribus & quadrupedibus; qui emittit lumen, & vadit: vocavit illud & obediit illi in tremore. Baruch. 3. *Sed enim non opus eſt propheticis vocibus: nam ante legem & prophetas natura hoc homines edocuit, Ac* Melchiſedech *ille priſcus* Abrahamo *benedicens, ita loquutus eſt.* benedictus *Abraam* Deo altiſſimo, qui creavit cælum & terram. Gen. 14. *Et rurſum* ſervum *Abraam* ipſe mittens ad deſponſationem ſponſæ filii ſui: pone, inquit, manum tuam ſub femur meum, & adjurabo te per Dominum Deum Cæli & terræ. Ibidem 24. *Generoſus autem* Job *ille, qui ante latam legem virtute enituit, ipſum verum Deum novit conditorem*; Qui extendit cælos ſolus *inquit*, & graditur ſuper mari tanquam in pavimento. Job. 9. *Ac ipſe* Athlothetes *multa de creatione docet certatorem victorem. Cæterùm ne illis occaſionem præbeamus hiſce contradicendi, qui veterem non recipiunt ſcripturam (id quod* Marcion *fecit, & alii ejus farinæ Hæretici.) ad novam tranſeamus, & conſentanea illi hanc promulgantem oſtendamus. Hoc enim modo etiam declarabitur unum habere fontem & hæc & illa flumina, audiamus ergo divinum* Joannem. Omnia per verbum facta, & nihil eorum quæ in creatura conſiderantur, aut mente percipiuntur, ſine eo factum eſſe, ſine ipſo enim (inquit) extitit nihil. Joan. 1. *audiamus vero & admirandum* Paulum, *clamantem*; In ipſo condita eſſe omnia, ſive viſibilia ſive inviſibilia, Col. 1. *Et iterum*; Per ipſum ſecula feciſſe Patrem. Hebr. 1. *Et in* Areopago *verba faciens, ita ait*: Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt. Hic cæli & terræ cum ſit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, tanquam indigens ipſe aliquo, præbens omnibus vitam & Spirationem per omnia, fecitque ex uno ſanguine omne genus hominum habitare ſuper univerſam faciem terræ. Act. 17. Lyſtris *vero, Sacrificare ipſi volentibus hæc dixit*: Et nos paribus vobiſcum, paſſionibus obnoxii homines ſumus, annunciantes vobis, ut à vanis hiſce convertamini ad Deum vivum, qui fecit cælum, & terram, & mare & omnia quæ in eis ſunt. Act. 14. *Etenim ſuperfluum eſt in his longius immorari, & multa ex Sacris literis afferre teſtimonia cum ex eis, qui apud* Græcos *in philoſophia præſtantes fuêre viri, Deum conditorem eſſe affirmaverint. Nam* Socrates Sophroniſci, *&* Plato Ariſtonis, *& horum Succeſſores, & alii præterea plurimi hujus opinionis fuere. Ex ſubjecta autem materia Deum dixere conditionis accepiſſe cauſam & occaſionem* (ἀφορμάς.) Theodoritus in Epitom. divin. dogmat. LANG.

Pag. 27. Καὶ τῶ παραδείσω δὲ εἰκόνα] Hos verſus eleganter expreſſit *Petrus Bembus* in Ætna ſua.

Hic nemora in cælum late creſcentia ſurgunt
Punicei pomum grani, malumque pyrumque,
Et dulces ficus, & magnæ Palladis *Arbor.*
Non illis borealis hyems, non officit æſtas
Torrida, ſed placidas Zephyris *ſpirantibus Auras*
Arboribus totum ſuperat fœtura per annum,
Et pomo inſerere recentia poma priori,
Et nova jam miti ſuperadvenit uva racemo. LANG.

Pag. 28. Μίμησιν ὑπὸ ϑ ποιητῶ &c.]

Et conjuratos cælum reſcindere fratres
Ter ſunt conati imponere Pelion Oſſam,
Scilicet atque Oſſæ *frondoſum involvere* Olympum:
Ter pater extructos disjecit fulmine montes. Virgil. 1. Georgic. LANG.

Eadem p. 28. Περὶ δ' ἀπ' ἀρχῶν κατηγορητ&c.] *Projectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat eos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte.* Apoc. 12.

Hunc ex bono per ſe effectum malum, Græci διάβολον *appellant, nos* Criminatorem *vocamus: quod Crimina in quæ ipſe allicit, ad Deum deferat.* Lactant. lib. 2. cap. 8.

Quid mirum ſi in Nabuchodonoſor, *ad oſtendendam potentiam Dei, & humiliandam Regum ſuperbiam, hoc Dei judicio ſit patratum: contra eos, qui per* Nabuchodonoſor *contrariam intelligunt fortitudinem, de qua eſt illud:* Videbam Satanam quaſi fulgur cadentem de cælo. Luc. 10. Qui eſt draco cadens in terram, tertiamque partem ſtellarum ſecum trahens: Apoc. 12. Lucifer cadens Eſai. 14. Catenis noctis in tartarum, in judicium ſervandus, præcipitatus: 2 Pet. 2. Nabuchodonoſor *certe bonum miſericordiæ perdidit, malo ſuperbiæ.* Hieronymus in Daniel. de *miſerabili* Aſſyriorum *regis caſu, cui* Luciferi *adjunxit lapſum. In utroque autem exemplo horrendum inflatæ ſuperbiæ præmium cernere licet.* Auguſt. de doctrin. Chriſtian. lib. 3. cap. 37. *Illa,* inquit, *quæ ſub figura Regis* Babyloniæ, *de eadem perſona, vel ad eandem perſonam dicta ſunt, in ipſa Contexione Sermonis, de diabolo utique intelliguntur.* apud Eſaiam ſcilicet cap. 14.

Ezechiel *quoque propheta obſcure per principem* Tyri cap. 28. *Apoſtatam principem deſignavit dicens:* Hæc dicit Dominus Deus, Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & corona decoris, in deliciis paradiſi Dei fuiſti &c. Elatum eſt cor Tuum in decore tuo, corrupta eſt diſciplina Tua &c. propter multitudinem peccatorum tuorum in terram projeci te, &c. Et educam ignem in medio tui, hic devorabit te. *Propheticus hic ſermo oſtendit, diabolum primitus bonum creatum eſſe, ſua vero ſponte in pejus inclinationem excepiſſe, & vitioſitatem malis artibus auxiſſe. Hujus tamen infirmitatem deſignavit Salvator, cujus illud eſt verbum:* Ecce vobis poteſtatem dedi ambulandi ſuper ſerpentibus, & ſcorpionibus, & ſuper omni virtute inimici. Luc. 10. *Pœna autem quæ illi minis eſt denunciata ſatis indicat liberum ad prævitatem voluntatis arbitrium. Non enim eſt juſtitiæ Dei, punire quenquam, qui neceſſitate quapiam ſit malus. Typhus autem in primis & inſolentia diabolum peſſundedit. Hoc indicavit Apoſtolus, de Electione Epiſcopi legem ferens:* Epiſcopum eſſe oportet non neophytum, ne typho elatus in judicium incidat diaboli. 1 Tim. 3. Theodoritus in Epitom. divin. dogmatum. Prudentius in Hamartig. de Angelis:

Horum de Numero quidam pulcherrimus ore
Majeſtate ferox, nimiis dum viribus auctus
Inflatur, dum grande tumens ſeſe altius effert,
Oſtentatque ſuos ſolito jactantius ignes,
Perſuaſit propriis genitum ſe viribus, ex ſe
Materiam ſumpſiſſe ſibi &c. ——
Hic factus de ſtirpe bonus, bonitatis in uſum
Proditus, & primo generis de fonte ſerenus:
Deterior mox ſponte ſua. &c. LANG.

Pag. 29. Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατ] *Hanc adhuc informem Materiam, terram inviſibilem*

viſibilem propter obſcuritatem, atque incompoſitam propter informitatem appellavit: quia inter omnia Elementa mundi, terra videtur minùs ſpecioſa quàm cætera: Eandem ipſam materiam etiam aquam appellavit, ſuper quam ferebatur Spiritus Dei, ſicut ſuperfertur rebus fabricandis voluntas Artificis. Auguſt. lib. 1. de Gen. contra Manich. LANG.

Pag. 31. *Πότερόν ποτε χρεπτὸν, ἢ ἕτερον ἅ αὐτὸ ὀνομάζεσθαι* &c.] Quæſtionem iſtam ad eundem prope modum *Gregorius* decidit Theologus in carmine de Virginitate.

Non homines generant prævoſ've bonoſ've mariti,
Sed Natura parens, aut diſciplina magiſtra.
Quin potius verum magis, unde ſit optimus, audi:
Optimus, Afflatu & verbo formante, creatur.
——— *οἱ μὲν ἄρρενι,*
Πνεύματι καὶ λόγῳ ἀμφιπλάσσοντι ἄρρενι.

Quidquid in nos ex divina virtute pervenit boni, id omne efficientis omnia gratiæ dicimus eſſe operationem. Baſilius.

De Spiritu Sancto iſtæ ſunt probè tenendæ *Epiphanii* Sententiæ:

Sanguine ſuo filius Dei ſanctificat Gentes: Spiritu vero æterno ducit vocatos in cælum. Quicunque igitur ſpiritu ejus ducuntur, illi Deo vivunt; qui autem minus, hi morti adhuc deputati ſunt: Animales videlicet & carnales iſti vocantur. Nam ſine Spiritu ipſius, unuſquiſque mortuus. Quod ſi ſpiritus ejus in nobis, qui excitavit ipſum à mortuis, vivificabit mortalia corpora noſtra, per eum, qui inhabitat in nobis ſpiritum ſuum.

Spiritus Sanctus ſolus dux veritatis, ſanctarum enarrator legum, Spiritualis Legis interpres, prophetarum doctor, Evangelicorum dogmatum illuſtrator, ſanctorum electorum, ſanctificans & ſanctos efficiens per Trinitatem contr. Pneumatomach.

Habemus doctorem ſpiritum veritatis, quem nobis Dominus dedit poſt aſſumptionem in cælos, ut videamus, quæ à Deo nobis donata ſunt per gratiam (τὰ χαρισθέντα) in quo & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctis ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia conferentes: in quo & colimus & adoramus, propter quem & contumelia afficimur (ἀμαζόμεθα) in quo Prophetæ prophetarum; in quo juſti deducti ſunt (ὁδηγήθησαν) per quem accedimus ad filium. Meletius Antiochenus apud Epiphanium contr. Semiarian. LANG.

Ibidem. *Χρόνον δ' ἦν μετ' ἀρχῆς χρόνων*] *Deus fecit & tempora: & antequam faceret tempora, non erant tempora.* Auguſt. lib. 1. de Gen. contr. Manich. LANG.

Pag. 32. *Τῶν ἀνθρώπων καὶ πλὴν μορφὴν ἰσότων τῷ Θεῷ*] *Imago Dei invisibilis eſt filius, primogenitus omnis creaturæ*: Col. 1. *ad quam conditi ſumus. Imago Dei in Creatione facta eſt tantum, ſimilitudo in Chriſti baptiſmate completur.* Hieronymus ſuper Ezech. 28. *Nam ſimilem Dei eſſe, eſt habere juſtitiam, ſapientiam, & in virtute Dei eſſe perfectum.* Ambroſ. de Fug. ſecul. *Imaginem in eo obtineo, quod rationalis ſim. Id autem quod juxta ſimilitudinem eſt ſio cum bonus ſum.* Baſilius, Et *Apoſtolus* nos vult renovari ſpiritu mentis noſtræ, & induere novum hominem, qui juxta Deum conditus eſt, per juſtitiam & ſanctitatem Veritatis. Eph. 4. LANG.

Ib. *Ὑπὸ Μωσέως, καὶ—οὐ τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν ἐπηγλικόσιν*] Mimicè Philoſophi affectant veritatem, & affectando corrumpunt. *Quis poetarum, quis ſophiſtarum,*

rum, qui non omnino de prophetarum fonte potaverit? Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philosophorum interverterunt, ex horum semine nostram hanc novitiolam paraturam, hæretici suis opinionibus ad philosophicas sententias adulterarunt. Tertull. in Apol. cap. 47.

Philosophi qui vocantur, si qua forte vera, & fidei nostræ accommoda, dixerunt, maximè Platonici, *non solum formidanda non sunt; sed ab iis etiam, tanquam ab injustis possessoribus, in usum nostrum vendicanda.* August. de doctr. Christian. lib. 2. cap. 40.

Quidquid homo extrà (apud Philosophos) didicerit, si noxium est, ibi (in sacris literis damnatur: si utile est, ibi invenitur. Et cum ibi quisque invenerit omnia quæ utiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inveniet ea, quæ nusquam omnino alibi, sed in illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine &, mirabili humilitate discuntur. ibidem. cap. 42.

Clemens Alexandr. *Philosophos* Græcos *fures vocat, qui à* Mose *& Prophetis præcipua quæque dogmata sua, non sine gratia quadam acceperunt.* in 1. & 5. Stromat. LANG.

Eadem p. 32. Τὸ ἄγιον ἐπ' αὐτὸς κατιλθὸν πνεῦμα] *Ut & præcones essent Majestatis ejus, & correctores pravitatis humanæ.* Lact. LANG.

Pag. 33. Τῶ ψευδωνύμω πάντων φιλοσοφίων] Rectiùs augustum illum nomen Theologiæ nostræ revelatæ tribui, significat Justinus, quàm Sapientiæ, quâ tantopere se efferebant Gentiles. Quò etiam pertinet, quod in dialogo cum Tryphone, de Prophetica & Apostolica loquens doctrina, πάντων, inquit, μόνων εὔφρονον φιλοσοφίαν ἀσφαλῆ τε καὶ σύμφορον. ὥστε δὴ καὶ ἀφ' ἡμῶν φιλόσοφον εἶναι. Usitatissimum videlicet est priscis Ecclesiæ scriptoribus, doctrinam Christianam vocare Philosophiam. Unde inter *divinam & humanam* Philosophiam distinguit Vincentius Lirinensis Commonit. cap. 23. & Gregorius Nyssenus in vita Gregorii Thaumaturgi, fidei nostræ doctrinam τῶν θείων φιλοσοφίων vocat. Eandem Salvianus Massiliensis lib. 4. de Gubernat. Dei appellat *Philosophiam Christianam*; uti Eusebius Histor. Eccles. lib. 2. cap. 12. lib. 4. cap. 8. Χριστιανῶν φιλοσοφίαν, atque τῶν ἀληθῆ φιλοσοφίαν, (quæ posterior appellatio Clementis quoque Alex. est, sub finem Strom. 1. atque Socratis Histor. Eccles. lib. 4. cap. 27.) & τῶν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν, ac τῶν ὄντως ἀληθῆ σοφίαν. Clemens Alexandr. lib. 4. & in Protreptico, τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσοφίαν. Gregorius Naz. orat. in Gregorium M. Εὐαγγελικὴν φιλοσοφίαν Theodoritus Therapeut. lib. 12. ubi etiam Christianos nuncupat Philosophos: quemadmodum *Philosophi nostræ sectæ, quam tuemur*, iidem Lactantio audiunt, sub initium libri de opificio Dei; & οἱ φιλόσοφοι τοῦ Θεοῦ Clementi Alex. Stromat. 6. Quos quidem describens tibi Clemens φιλόσοφοι, inquit, λέγονται παρ' ἡμῖν μὲν οἱ σοφίας ἐρῶντες τῆς πάντων δημιουργοῦ καὶ διδασκαλίας, τοῦτ' ἔστι, γνώσεως τοῦ ὄντως τοῦ Θεοῦ. *Philosophi apud nos dicuntur, qui amant Sapientiam, quæ est omnium opifex & magistra, hoc est, filii Dei cognitionem.* Pertinet quoque huc, quod, Scripturæ V. T. dogmata τὰ παρ' Ἑβραίοις σεμνῶς πεφιλοσοφημένα vocat Origenes contra Celsum, lib. 6. quodque de Hebræorum agens Prophetis, Augustinus, *Ipsi*, inquit, *eis erant Philosophi, hoc est, amatores sapientiæ; ipsi Sapientes; ipsi Theologi; ipsi Prophetæ; ipsi Doctores probitatis atque pietatis*, lib. 18. de Civ. Dei cap. 41. item, quod tradita in Pentateucho doctrina ἡ κατὰ Μωσέα φιλοσοφία Clementi Alex. dicitur Strom. 1. uti βάρβαρος φιλοσοφία & σοφία aliquoties Tatiano contra Græcos. Eodem denique refer, quod Chrysostomus ait in 1 Corinth. homil. 5. μεγάλη δύναμις, τὸ τὰς ἀπ[illegible]-

ἀπιῤῥιμμένους, & μηδενὸς μηδέποτε μαθήματος ἁψαμένους τύτους ἀθρόον τε ὑπὲρ τὸν ἀνθρώπινον παιδεύειν φιλοσοφεῖν. *Est magna virtus ac potentia, abjectos, & qui nullam unquam attigerunt disciplinam, repente docere philosophari, quæ sunt supra homines.* Speciatim vitam Monasticam Isidorus Peluſiota τὴν θείαν φιλοσοφίαν vocat lib. 1. epiſt. 260. Et Socrates, de Monachis loquens, quos vi à vita monaſtica Theophilus Alexandrinus abſtraxerat, Hiſt. Eccl. lib. 6. cap. 7. ἐνιῶντο, inquit, ὅτι μὴ ἐφιλοσόφουν ὡς ἤθελον, τῇ ἀσκήσει προσκείμενοι. *Ægre ferebant, quod ipſis non liceret, ſicut volebant, philoſophari, & Monaſticæ diſciplinæ ſtudiis incumbere.* Frequenter item Philoſophiæ vocabulo ſic utitur Philo libro περὶ βίου θεωρητικοῦ, ubi de Theraphertis illorumque ſtudiis agit. KORTHOLT.

Eadem p. 33. Οὐ γὰρ ἐν λόγοις] Cyprianus, ſub initium libri de bonopatientiæ: *Nos Philoſophi non verbis, ſed factis ſumus; nec veſtitu ſapientiam, ſed veritate præferimus: virtutum conſcientiam magis, quàm jactantiam novimus: non loquimur magna, ſed virimus.* Athenagoras in Apologia: περὶ δ' ἡμῶν εὕροιτε ἂν ἰδιώτας & χειροτέχνας, & γραϊδία, εἰ λόγῳ τὴν ὠφέλειαν περιεργάζεσθαι εἰσὶν ἀδύνατοι τὴν περὶ θεὸν λόγῳ, ἔργῳ τὴν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ὠφέλειαν ἐπιδεικνύμενοι. ἐ γὰρ λόγους διαμνημονεύουσιν, ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιδεικνύουσιν. Et rurſum: ἐ μελέτῃ λόγων ἀλλ' ἐπιδείξει τῇ διδασκαλίᾳ ἔργον τὸ ἡμέτερον. Sic quoque Clemens Alex. Stromat. 1. Chriſtianorum Philoſophiam ἔργα ἐπαγγελλομένην dicit, ἐ λόγους. Confer Tractatum de Origine & natura Chriſtianiſmi ex mente Gentilium cap. 11. KORTHOLT.

Ibidem. Οὐδὲν εἰδότες ἁλίσκοντες] Supra dixerat, τὰ τῶν φιλοσόφων πράγματα πίστις ἀγγοίας & ἀπάτης πλήρη. Sic & aliis ſcriptoribus Eccleſiaſticis paſſim audiunt Gentiles ἀνοήτους, παραπαίοντας, ἐξισταμένους, τυφλοὺς τὸν νῶν, ἐκ ὑγιαίνοντας τὴν διάνοιαν, ἀνθρώπους παραφρονεῖς & πολὺ τὸν ὀφθαλμὸν πεπηρωμένους, *homines dementiſſimi, cæci, fatui, inſani, furioſi, deliri, inſipientes, mente capti, pecudibus æquales: qui aniliter deſipiant; qui ſapientiam profeſſi, ſtultitiam potius exhibeant; quorum mentes penitus fucum ſtultitiæ perbiberint, & Cimmeriis tenebris atriores ſint.* Hujuſmodi enim & ſimilia ipſorum elogia apud Athanaſium, Euſebium, Chryſoſtomum; Lactantium, Prudentium, legere licet. Confer quæ notamus in Apologiam 2. ad verba iſta: μανίαν ἡμῶν κατεφεύγοντες. KORTHOLT.

Ibidem Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος ὁμολογεῖ μηδὲν εἰδέναι] Lactantius, libro de Ira Dei, cap. 1. *Remoto Deo cœleſtique doctrina, omnia erroribus plena ſunt. Rectèque Socrates, cum eſſet omnium Philoſophorum doctiſſimus; tamen, ut cæterorum argueret inſcitiam, qui ſe aliquid tenere arbitrabantur, ait, ſe nihil ſcire, niſi unum, quòd nihil ſciret. Intellexit enim, doctrinam illam nihil habere in ſe certi, nihil veri. Nec, ut putabant quidam, diſſimulavit ipſam doctrinam, ut alios refelleret; ſed vidit ex parte aliquam veritatem; teſtatuſque eſt etiam in judicio, (ſicut traditur à Platone) quod nulla eſſet humana ſapientia: adeoque doctrinam, quatum Philoſophi gloriabantur, contempſit, deriſit, abjecit; ut idipſum pro ſumma doctrina profiteretur, quod nihil ſcire didiciſſet.* KORTHOLT.

Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι] Ex Platone hæc refert Cicero Tuſculan. Quæſt. libro 1. & è Cicerone repetit Lactantius Inſtitut. lib. 7. cap. 2. cujus verba: *Nulla eſt humana ſapientia, ſi per ſe ad notionem veri ſcientiamque nitatur: quoniam mens hominis cum fragili corpore illigata, & in tenebroſo domicilio incluſa, neque liberius evagari, neque clarius perſpicere veritatem poteſt; cujus notio divinæ conditionis eſt. Deo enim ſoli operæ ſuæ notæ ſunt: homo autem non cogitando aut diſputando aſſequi eam poteſt; ſed diſcendo & audiendo ab eo, qui ſcire ſolus poteſt;*

& docere. Ideo M. Tullius, ſententiam Socratis de Platone transferens, dicentis, veniſſe tempus, ut ipſe migraret è vitâ, illos autem, apud quos cauſam pererabat, agere vitam; utrum melius ſit, inquit, Dii immortales ſciunt; hominem arbitror ſcire neminem. In Platonis Phædone hæc Socratis recitantur: Νῦν δὲ ὑμῖν ἴσως, οἷς πρὸ ἀνδρός τι ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθῆς· καὶ τοῦτο μὲν σοὶ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην. Hoc ſcitis, ſpem mihi eſſe, venturum me ad viros bonos: quod tamen non nimium affirmaverim. Et poſtea: εἰ μὲν τυγχάνει ἀληθῆ ὄντα ἃ ἐγὼ λέγω καλῶς δὴ ἔχει τὸ πιθέσθαι· εἰ δὲ μηδὲν ἔστι τελευτήσαντι, ἀλλ' ἐν τοῦτόν γε τὸν χρόνον αὐτόν, ὃν ἔμπροσθεν ἐγὼ ἔφην τοῖς παροῦσιν ἀηδὴς ἔσεσθαι ἀδυρόμενος· ἡ δὲ ἀγνοιά μου ἄμετρος ἐν ξυνδιατελεῖ (κακὸν γὰρ ἂν ἦν) ἀλλ' ὀλίγον ὕστερον ἀπολεῖται. Si vera ſunt, quæ dico, pulchrum eſt ea credere: ſi verò mortuo nihil ſupereſt, hoc tamen tempore, quod mortem antecedit, minus torquebor præſentibus; hic autem meus error non manebit, (id enim malum foret) ſed paulò pòſt interibit. Quæ conſiderans Tertullianus libro de Animâ cap. 1. Adeò, inquit, omnis illa tunc ſapientia Socratis de induſtriâ venerat conſultæ æquanimitatis, non de fiduciâ compertæ veritatis! Similiter & alios Gentilium ſapientes de ſtatu animæ humanæ, quem poſt mortem illa obtineat, admodum fuiſſe dubios, eorum quoque docent effata, qui alioqui immortalitatem ipſius præ ceteris videri volunt propugnare. Ita Seneca, conſolaturus Lucilium, Flacci obitum lugentem, epiſtola 63. Forsaſſe, ait, (ſi modo Sapientum vera fama eſt, recipitque nos locus aliquis) quem putamus periiſſe, præmiſſus eſt. Confer quæ idem differit, dum Polybium in fraterna morte vult ſolari; quæque illis planè gemina habet Cicero, Titium, filii obitum mœrentem, ſolaturus, lib. 5. ad famil. epiſt. 16. Dignum quoque obſervatu, quod, ubi, apud eumdem Tullium Tuſculan. 1. perſuaderi ſibi vellet auditor, poſſe animos, cùm è corporibus exceſſerint, in cœlum quaſi in domicilium ſuum, pervenire; & verò diceret Marcus: Quid tibi ergò opera noſtra opus eſt? num eloquentia Platonem ſuperare poſſumus! Evolve diligenter ejus eum librum, qui eſt de Animò, amplius quod deſideres nihil erit; regerit auditor: Feci, mehercule, & quidem ſæpius. Sed neſcio, quomodo, dum lego, aſſentior; cùm poſui librum, & mecum ipſe de immortalitate animorum cœpi cogitare, aſſenſio omnis illa elabitur. Videlicet hoc eſt, quod de Platone ait Chryſoſtomus in 1 Corinth. homil. 4. Πόσα ἔκαμε δεῖξαι ἐπιχειρῶν ὡς ἀθάνατος ὁ ψυχή; καὶ ἀδύνατος εἰπεῖν, ἀδὲ πείσας τινὰ τῶν ἀκουόντων, ὅτως ἀπῆλθεν. Quantum laboravit, conatus oſtendere, quod anima ſit immortalis? & cum evidens nihil dixiſſet, & nulli auditori perſuaſiſſet, ſic exceſſit. KORTHOLT.

Pag. 34. Οὐδὲ τλῶ δ' Εὐρίπου φῶσιν &c.] Quid Chaldaico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? Cicer. de Natur. deor. 3. De morte Ariſtotelis, ejuſdemque cauſa idem ſcribit Cælius Rodiginus libr. 16. cap. 8.

Cæterum Origines Celſi Africani Philalethem falſi & mendacii arguens tradit Ariſtotelem quoque à judicibus Athenienſium impietatis crimine ſuggillatum fuiſſe, quod dogmata quædam tanquam ἄθεος & ἀσεβὴς in philoſophia protuliſſet, quæ Deorum cultum improbarent. Quapropter ille Athenis, ubi triginta Annos in Lycæo docuerat, relictis, Chalcidem ſe contulerit, & inde Amicis ad reditum eum cohortantibus reſponderit: Athenis ſe diſceſſiſſe, ne Athenienſibus forte cauſam præberet, ut iterum ſcelus piaculare philoſophum necando, quale in Socrate feciſſent perimendo, committerent. (ἐ βούλομαι, ait, δὶς ἁμαρτεῖν εἰς φιλοσοφίαν.) Atque interrogatus ibi à quopiam; cujuſmodi ſibi videretur eſſe Civitas Athenienſium? reſpondit: πυκνὴν μὲν καὶ ἐν αὐτῇ ὄχλῳ ἐπ' ὄχλῳ γιγνόμενον, σύνεσιν δ' ἐπὶ

ἐπὶ σύκῳ. hoc eſt *Pulcherrimæ, ſed in ea pirum in piro ſeneſcit, ficuſque in fico* (alluſio eſt ad Carmina Homeri ſuprà allegata) *Sycophantarum deſignans germinationem.* Clearchus Peripateticus *ſe ſcire* Judæum *quendam ſcripſit, quocum* Ariſtoteles *fuerit.* Clem. Alexand. libro 1. Stromat. LANG.

Ibidem Σιβύλλης ἐκ τῆς δωρεᾶς ἐπιπνοίας] Gregorius Nazianzenus, in carmine ad Memeſium, ait, Hermem Triſmegiſtum & Sibyllam, quæcumque de Deo prædixerunt, non divinitùs afflatos prædixiſſe, ſed ex ſacris Hebræorum libris, quos obiter perlegerint, accepiſſe.

Οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ προσλιψάντες ἰμάσιο. KORTHOLT.

Pag. 35. Φακὸν ἕνα] Lenticulam. *Tulit autem* Samuel *lenticulam olei* (vel vas Olearium) *& effudit ſuper caput ejus.* 1 Reg. 10. LANG.

Pag. 36. Εἰς τὰς δὲ Σιβύλλης ἀφορῶντα &c.] De Ecſtaſi ſanctorum noſtrorum Prophetarum & Apoſtolorum, aliâ apud Chriſtianos eſt Opinio, ſicut ex Epiphanio in Athenagoræ defenſione annotavi.

Hæc autem Sibylla *ſive* Erythrea, *ſive* (*ut quidam magis credunt*) Cumana, *ita nihil habet in toto Carmine ſuo, cujus exigua illa particula eſt* (de Adventu Chriſti ad Judicium ἀκροστιχίδα habens, JESUS CHRISTUS Filius Dei, Servator, crux) *quod ad Deorum falſorum ſive fictorum cultum pertineat: quinimò ita etiam contra eos, & contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, quæ pertinent ad Civitatem Dei* Auguſtin. de Civitat. lib. 18. cap. 23.

Cognoſcite Sibyllam, *quomodo clarè unum doceat Deum, & quæ futura ſint adnuntiet. Et* Hydaſpen *in manus ſumentes legite, & invenietis multo dilucidius & manifeſtius filium Dei Chriſtum ſcriptum: & quomodo adverſus illum acie congreſſuri ſint reges multi, qui odio proſequuntur eum, & eos qui gerunt nomen ejus, & electos ipſius, & ſimul toleratiam ejuſdem, & adventum* (*ſecundum glorioſum ad judicium extremum.*) Clem. Alexandr. lib. 6. Context. LANG.

De Sibylla quæ idem Clemen. lib. 1. Context. annotaverit, hic etiam memorare eſt viſum. *Heraclitus ſcribit,* Sibyllas *non humanitùs, ſed divinitùs, οὐν Θεῷ res futuras oſtenſas eſſe. Dicunt ſane,* Delphis *apud* Curiam *oſtendi petram quandam, in qua prima* Sibylla, *cum eò ex* Helicone *à Muſis educata veniſſet, ſediſſe dicitur. Nonnulli ex* Malea *veniſſe ajunt,* Lamiæ *ex* Sidone *filiam.* Serapion *autem neque mortuam deſiiſſe vaticinari* Sibillam *tradit: & quod poſt obitum in aërem abierit, ſortibus & auguriis divinare, è corpore autem in terram conjecto herbam, ut fieri ſolet, progreſſam eſſe; quam, quæ in eis locis ſunt pecudes, depaſcentes, mortalibus in viſceribus ceriam futurorum præmonſtrent ſignificationem. Et animam ejus eſſe putat, quæ in luna apparet faciem.* LANG.

Pag. 36. Ἐπὶ πλὼ τῶ μὴ θεῶν ἐκφάνσιν] Hîc, quæ *de Chriſtianæ* Religionis noſtræ, & Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vetuſtate Sanctus ſcripſerit Epiphanius fol. 2. notanda. *Ab* Adam *uſque ad* Noen *& liberos ejus, hæreſis omnis & Idololatria ignota fuit. Nondum inquit, erat alia opinio* (ἑτεροδοξία) *non gens ulla religione varians, non nomen hæreſis, neque ſimulacrorum cultus. Unuſquiſque proprio ſenſu ambulabat. Nondum enim lex nata erat: ſed quilibet ſibi ipſi erat Lex; & ſua ſibi ſententia vivebat. non erat in terris hæreſis; non alia & alia ſententia: ſed homines tantùm communiter omnes vocabantur unius labii & linguæ, & pietas atque impietas erat ipſa Naturæ lex, nec non vernaculum uniuſcujuſque voluntatis arbitrium & delectus, ac necdum erat vel ex doctrina, vel ex monumentis ſcriptorum error & ſeductio. non erat* Judaiſmus *aut ſecta quæpiam alia: ſed, ut ita dicam, ea, quæ nunc in præſenti Sancta Dei Catholica Eccleſia obtinet, fides erat. quæ cum ab initio exiterit, poſtea rurſum eſt manifeſtata. Si quis namque in veritatis*

amore (φιλαληθῶς) rem inſpicere velit, ex ipſo ſcopo principium omnium inveniet eſſe Catholicam & Sanctam Eccleſiam. Sanè quidem Adam protoplaſtus non circumciſus formatus eſt, ſed præputiatus carne, & minime idololatra erat, & ſciebat Deum Patrem & Filium & Spiritum Sanctum. Propheta enim erat: & circumciſionem non habens, non erat Judæus: & ſtatuas non adorans, aut aliud quidquam, non erat idolorum cultor: Sed propheta erat Adam, & non ignorabat, quod Pater dixerat Filio: Faciamus hominem. Quid ergò erat, cum neque Judæus eſſet neque ſimulachra coleret? Chriſtianiſmi ille characterem exhibuit. Ad eundem modum & de Abel, Seth, & de Enos, & de Noach, & de Mathuſalem, & de Noe, & de Eber, uſque ad Abraam ſentiendum. Operabatur autem tum pietas & impietas, fides & infidelitas: ac fides quidem Chriſtianiſmi obtinens imaginem: infidelitas autem impietatis habens characterem, & iniquitatis, quæ naturæ legi ſunt contraria. Poſt Sarug inter homines primum cœpit eſſe Idololatria & Græciſmus: ſicut ea quæ ad nos pervenit, continet cognitio (ſive traditio) per poteſtatis & arbitrii libertatem, per rationem & mentem, pro probitate iniquitate adinventa. Sarug fuit filius Nachor, Nachor autem genuit Thare. Exinde extitit ſtatuarum fictio, à limi elaboratione & figlina ſcientia per Thare hujus Artem. Ac nondum unquam ante patrem filius apud priſcos homines erat mortuus? ſed patres ante liberos vita defungentes, filios relinquebant ſucceſſores. Ne quis autem Abeli hic inſerat mentionem. Non enim is propria deceſſit morte. Ex quo autem Thare antizelum, id eſt, adverſam æmulationem Deo conſtituit, documento propriæ limi fingendi artis exhibito, pœna eis quæ operatus fuerat à juſta vindicta accepit, & ipſe per filium proprium ſubintroductâ æmulatione expetitus. Quapropter id per admirationem divina ſcriptura deſignavit, dicens: Et mortuus eſt Aran ante Thare patrem ſuum (ſive in conſpectu Thare) in terra nativitatis ſuæ. Gen. 11. Et Deus Abraam elegit eodem charactere ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ, in præputio fidelem, & in vera religione perfectiſſimum, & in cognitione: prophetam, & in vita Evangelicam obtinentem converſationem. domi enim patrem honoraverat, & vocatus à Verbo, rebus ſuis domeſticis renunciavit, & vocanti itidem morem geſſit, ut Petrus, & Andreas, Jacobus & Joanne. Porro lex à Deo Judæis inſtar pædagogi data, pro eo atque pædagogus etiam lex ipſa erat: corporaliter quidem illa mandata & inſtituta; ſpiritualiter autem habens expectationem: inter alia plurima docuit unum agnoſcere Deum, & eidem ſoli ſervire: in Monarchia quidem (hoc eſt) unius principatu) nomine ipſo prædicato, in Monarchia etiam Trinitate, ſemper annuntiata. Et credita eſt illa à præſtantiſſimis quibuſque eorum, id eſt prophetis & ſanctificatis. Et omnes ſacri libri Judaiſmum tradiderunt, & Legis obſervationes, uſque ad adventum Domini noſtri JESU CHRISTI. Ac rectè illi ferebantur, qui in Lege tanquam pueri manu ducebantur, ſi Chriſtum ab ipſo pædagogo, lege inquam, eis prænuntiatum & vaticiniis promiſſum ſuſcipiebant: ut ſuſcepta ipſius Deitate, incarnatam quoque ejus diſcerent, & cognoſcerent præſentiam, non legis ſolutionem, ſed legis implementum: quandoquidem typi in lege erant, veritas ipſa in Evangelio.

Verum enimvero Sancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſponſa CHRISTI eſt, & columba unica & perfecta. Una eſt, inquit, columba mea, perfecta mea. Cantic. 6. non quæ poſtea extiterit, ſed prima fuerit. CHRISTI ſancta ſponſa, & ab incarnato ipſius adventu, & ante adventum eundem illi copulata, cum ipſo ſimul Adam formata, & in Patriarchis ante Abraam prædicata, & cum Abraam credita, & per Moſen manifeſtata, & in Eſaia & cæteris prophetiis deſignata: in CHRISTO verò exhibita, & cum CHRISTO

extans (ὑπάρχουσα) *poſtremo autem à nobis encomiis & laudibus celebrata* (*& celebranda.*) *Eccleſia ab una fide eſt progenerata, & per Spiritum ſanctum genita, una uni & ſoli genitrici. Quæcunque vero poſt hanc, vel ante eam venerunt, pellices nominatæ, non omnino quidem illæ alienæ factæ ſunt à teſtamento & hæreditate: ſed à Verbo dotem non acceperunt, neque donum ſpiritus ſancti obtinuerunt.*

Sancta Catholica Eccleſia & Chriſtianiſmus vere (ὄντως) *ab initio eſt nominatus, & cum* Adam *& ante* Adam, *& ante omnia ſecula in* CHRISTO, *Patris & filii & ſpiritus ſancti voluntate, & ab omnibus, quicunque per generationes Deo placuerunt, hominibus creditus, & in ipſius adventu evidenter manifeſtatus.* Hæc ſparſim in principio & fine Panarii operis, & in Epitom. Cathol. fidei inveniuntur ſcripta.

De eadem antiquitate Chriſtianiſmi ſic etiam canit Prudentius adverſus Symmach. lib. 2.

Quanquam ſi tantum ſtudium eſt, & cura vetuſti
Moris, & à priſco placet haud diſcedere ritu,
Extat in antiquis exemplum nobile libris:
Jam tunc diluvii ſub tempore, vel prius, uni
Inſerviſſe Deo gentem, quæ prima recentes
Incoluit terras, vacuoque habitavit in Orbe:
Unde genus noſtræ ducit porrecta propago
Stirpis, & indigenæ pietatis jura reformat.

Nondum natis iſtis Diis, quos impiè colitis, neceſſe eſt unius Dei cultum fuiſſe per terram: ejus ſcilicet qui execratur malitiam exigitque bonitatem: cujus templum eſt non lapides aut lutum, ſed homo ipſe, qui figuram Dei geſtat: quod templum non auro & gemmarum donis corruptibilibus, ſed æternis virtutum muneribus ornatur. Lactant. lib. 5. cap. 8. LANG.

Apud Seras *Lex eſt, non occidere, nec fornicari, nec furari, nec adorare ſimulachra. Unde in illa Regione nullum templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida,* Euſebius lib. Præparat. 6. cap. 8. LANG.

Ninus *Rex* Babylonius, *omnium primus templum* Belo *patri, & matri* Junoni, *&* Rheæ *aviæ, & ſtatuas erexit:* Beroſus. *quando in terra* Chaldæorum *natus eſt* Abraam: Auguſt. de Civit. lib. 18. cap. 2. A Nino *itaque occaſionem & ortum cepit idololatria,* Belus, *quem* Babylonii *&* Aſſyrii *colunt, antiquior* Trojano bello *fuiſſe invenitur trecentis viginti duobus annis, &* Saturno *æqualis.*

Meliſſeus Cretenſium Rex, *primus Diis ſacrificavit, ac ritus novos ſacrorumque pompas introduxit,* Jovis *nepotis educator.* Jupiter *autem in tantam inſolentiam venit, ut ipſe ſibi fana multis in locis conſtitueret.* Lactant. lib. 1. circa finem:

Inde Deos, quorum patria ſpectata ſepulchra
Scimus, in ære hebetes informavere minores.
Advena quos profugit gignens, & equina libido
Intulit Italiæ: Thuſcis *namque ille puellis*
Primus adhinnivit ſimulato numine mæchis.

Sa-ur-

Saturnus ſcilicet, *omnium deorum Sator*, ut ait Lactant. Prudentius lib. 1. contr. Symmach. At enim Chronici noſtri recentiores ex ſacris literis annos mundi conditi computantes, à *Beli* regno ad bellum *Trojanum* & *Ilii* captivitatem, numerant annos circiter 953. qui numerus multum à *Lactantii* ratione diſcrepat. LANG.

Eadem Pag. 36. Θεὸν νοῆσαι μὲν ἐστι χαλεπὸν &c.] Hermes quoque Triſmegiſtus unum Deum loquitur, *eumque incomprehenſibilem, atque inæſtimabilem* confitetur. Cyprian. de Idolor. vanitate tract. 4. LANG.

FINIS.

KORTHOLTI ANNOTATIONES IN SANCTI JUSTINI ORATIONEM AD GRÆCOS.

Pag. 37. ΕΙΝΑΙ μὲ τὸ οὐκ τῶν ὑμετέρων ἐθῶν χωρισμόν.] Ex eo, quod causam Græcis reddit Justinus, cur ab Helleniſmo ad Chriſtianiſmum ſeſe contulerit, ſatis apparet, quantopere, hallucinetur Epiphanius, dum ἀπὸ Σαμαρειτῶν εἰς Χριστὸν μεταβάντα, *à Samaritarum ad* CHRISTI *fidem tranſviſſe* ipſum ſcribit hær. 46. Nempe decepit eum, quod Samaritas genus ſuum Juſtinus appellat. Vide quæ notamus ad dialogum cum Tryphone verb. ἀπὸ Γ γένους Γ ἡμῶν.

Pag. 38. Τίς αὐτῶν τῇ ληρώδει θεογονίᾳ συνῆπτεν ;] Hæc & ſimilia quando Gentilibus à noſtris fuerunt exprobrata, *quibus potuerunt argumentis & interpretationibus conati ſunt res inhoneſtas honeſto ſermone velare* ait Clemens Recognit. lib. 10. Sic Arnobius lib. 5. ad hunc modum loquentes introducit Paganos: *Iſtæ omnes hiſtoriæ, quæ tibi turpes videntur, atque ad labem pertinere divinam, myſteria in ſe continent ſancta, rationes miras atque altas, nec quas facile quivis poſſit ingenii vivacitate pernoſcere: Neque enim quod ſcriptum eſt, atque in prima eſt poſitum verborum fronte, id ſignificatur & dicitur, ſed allegoricis ſenſibus & ſubditivis intelliguntur omnia illa ſecretis: Aliud quidem dicitur, ſed intelligitur aliud; & ſub vulgaris ſimplicitate ſermonis latet ratio ſecreta, & altitudo involuta myſterii.* Quid verò ad iſta Arnobius? *Argutiæ ſint*, ſcribit, *ut apparet, atque acumina hæc omnia, quibus fulcire ſolemne eſt malas in judiciis cauſas, quinimo, ut verius dicam, ſophiſticarum diſputationum colores, quibus non verum, ſed imago & ſpecies veri ſemper atque umbra conquiritur: Nam quoniam rectas accipere lectiones pudet, dedecet, decurſum eſt in has partes, ut alia ſubjiceretur res alii, & in ſpeciem decoris turpitudinis interpretatio cogeretur.* Ac iterum, *Quia talium ſcriptorum hiſtoriarumque vos pudet, nec aboleri videtis poſſe ea, quæ ſunt ſæde ſemel in commentarios relata, nitimini cohoneſtare res turpes, atque omnibus argutiarum modis pro rebus ſubditis, verborum inveritis corrumpitiſque naturas; atque, ut olim accidere male ſanis aſſolet, quorum turbida vis morbi ſenſum atque intelligentiam depulit, confuſa atque incerta jactatis, & inanium per rerum figmenta bacchamini.* Confer Julium Firmicum de errore profan. Religg. Theodoritum Therapeut. lib. 3. Athenagoram in Apologia, Tatianum contra Græcos.

Pag. 40. Στεφάνων ἀθεσίαν] Coronarum uſum reſpuebant Chriſtiani veteres.

teres. Scripſitque peculiarem librum Tertullianus, quo variis argumentis evincere nititur, *homines Dei coronare non debere.* Præcipuum eſt, quod Gentiles ſacra ſua idololatrica coronati adminiſtrent. *Alienum judicare debemus,* inquit cap. 7. *coronati capitis inſtitutionem, ab eis prolatam, & in eorum deinceps honorem diſpenſatam, quos ſeculum Deos credidit.- Quale habendum eſt apud homines veri Dei, quod à candidatis diaboli introductum, & ipſis à primordio dicatum eſt?* ac rurſum cap. 10. *Quid tam indignum Deo, quàm quod dignum idolo? — Si verbo nudo conditio pollutitur, ut Apoſtolus docet* (1 Cor. 10. 28.) *multo magis cum habitu & ritu & apparatu idolothytorum contaminatur, ita & corona idolothytorum efficitur, Hoc enim ritu & habitu & apparatu idolis immolatur auctoribus ſuis.* Eodem pertinet, quod Cyprianus, Martyrum Confeſſorumque ἀριστείαν deprædicans, ſub initium libri de Lapſis, inter alia ad hunc modum eos affatur: *Ab initio ſceleratoque vulnere, quo illic velabantur ſacrificantium capita captiva, caput veſtrum liberum manſit: Frons cum ſigno Dei pura, Diaboli coronam ferre non potuit, coronæ ſe Domini reſervavit.* Vide præterea hanc in rem Clementem Alex. Pædagog. lib. 2. cap. 8. Minucium Felicem in Octavio, Lactantium lib. 6. cap. 22. Lucianum in Nigrino.

Eadem p. 40. Εἰ τὸν Δία μιμήσῃ] Lactantius Inſtitut. lib. 1. cap. 10. *Stultus M. Tullius, qui C. Verri adulteria objecit; eadem enim Jupiter, quem colebat, admiſit: qui P. Clodio ſororis inceſtum: at illi Optimo Maximo eadem fuit & ſoror & conjux.* Tertullianus Apolog. cap. 9. *Inceſti qui magis, quàm quos ipſe Jupiter docuit?* Julius Firmicus Maternus libro de errore profanarum Religionum: *Adulterio delectatur aliquis; Jovem reſpicit & inde cupiditatis ſuæ fomenta conquirit. - Semina pene omnium ſcelerum à Diis ſuis peccantium turba collegit; - & ut perditus animus impune facinus poſſet admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis majore ſe auctoritate defendit. — O facinoroſæ cupiditatis triſte ſolatium! o hominum deflenda perſuaſio! o infelicis imitationis cruenta meditatio! Scenam de cœlo feciſtis, & errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxiſtis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de Deorum monſtratur exemplis.* Supra dixerat: *Quicumque hæc* Ethnicorum *ſacra devotâ mente veneratur, cuicumque placet ſuperſtitionis iſtius metuenda contagio, aut malis ſuis ſolatium quærit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione; hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere deſiderans, ut & ſibi liceat, quod Diis ſuis licuit, ut & ſe ad conſortium talis vitæ morum ſimilitudo perducat.* Simili modo Arnobius libro 5. *Quis eſt,* inquit, *mortalium tam pudicis moribus inſtitutus, quem non ad hujuſmodi furias Deorum documenta proripient? aut quis ſuas comprimere cupiditates à cognatis valeat reverendiſque perſonis, cùm apud ſuperos ſanctum nihil in libidinum videat conſuſione ſervatum? Ubi enim primam perfectamque naturam intra fines conſtiterit juſtos cupidinem ſuam non valuiſſe frenare, cur non in promiſcuos appetitus effundat ſe homo, & ingenitâ fragilitate præceps datus, & magiſterio ſanctæ divinitatis adjutus?* Idem jam ante libro 4. ſcripſerat: *Ille in fabulis maximus ipſe regnator poli, ſine ulla nominis majeſtatiſque formidine, adulterorum agere introducitur partes, atque ut fallere caſtitatem alienarum poſſit familias-matrum, ora immutare pellacia, & in ſpecies conjugum ſubditivi corporis ſimulatione ſuccedere.* Nempe huc pertinet regula illa apud Ariſtophanem in Nubibus: Μοιχὸς γὰρ ἦν τύχῃς, ἁλοὺς, πρὸς ἀντερεῖς ὡδὶ αὐτὸν, ὡς ἠδίκηκας· εἶτ' εἰς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν· κἀκεῖνον, ὡς ἥττων ἐρωτὸς ἐστι καὶ γυναικῶν· κἀγὼ τοι σὺ, θνητὸς ὢν, θεὸν πῶς μείζον' ἂν δύναιο; *Si fueris in adulterio deprehenſus, hæc contra objicies, ut nihil injuriæ cuiquam intuleris: quin & in Jovem culpam rejicies, quod amore victus inierit faminas; tu verò cùm homo mortalis*

talis sis, quomodo plus quàm Deus ipse possis? Et sanè Chærea apud Terentium in Eunucho, actu 3. sc. 5. stuprum suum eò excusat, quòd utique sibi homuncioni facere licuerit, quæ commiserit ille Deorum maximus, *qui templa cæli summa sonitu concutit.* Cujus flagitiosi adolescentis meminit ex Comico Augustinus lib. 2. de Civ. Dei cap. 7. epist. 202. & Confess. lib. 1. cap. 16. Vide porrò hanc in rem Theophilum Antiochenum lib. 3. ad Autolycum, Cyprianum epist. 2. Gregorium Naz. orat. in sancta lumina, Athanasium orat. contra Gentes, Cyrillum Alex. lib. 7. contra Julianum.

Eadem p. 40. Γινεσθε ὡς ἐγω, ὅτι κἀγω ἡμην ὡς ὑμεις]Octavius Minucii Felicis: *Nobis ipsis pœnitentibus credite: Et nos enim idem fuimus, & eadem vobiscum quondam, adhuc cæci & hebetes, sentiebamus.* Tertullianus Apolog. cap. 18. *Hæc & nos risimus aliquando. De vestris fuimus.*

Ibidem Ταυτά με ἐπλε] In dialogo cum Tryphone narrat Justinus, quomodo, de veritate & indipiscendo fine homini proprio solicitus, in senem quendam inciderit, qui, post varios sermones ultro citroque habitos, tandem Scripturæ sactæ libros ipsi mirificè commendaverit, quippe ab iis profectos auctoribus, qui *minimè per demonstrationem* (ὐ μετ' ἀποδείξεως) *scripta sua composuerint*, sed *longissimè supra demonstrationem omnem*, ἀξιοπιστοι *fuerint veritatis testes.* Quibus ipse excitatus, è vestigio ad legendas Dei Scripturas sese dederit, indeque veram Philosophiam hauserit. Tatianus Justini discipulus orat. contra Græcos, Κατ' ἐμαυτὸν γυνόμενος, inquit, ἐζήτουν, ὅσῳ πρόπω πάλησις ἐξουρεῖν δύναμαι. ταῦτα οὖν δέ μοι τὰ ασεβείαι, συνιδὼν γραφὰς τινὰ συντυχεῖν βαρβαρικάς, πρεσβυτέρους μὲν ὡς ἀπὸ τὰ Ελλήνων δογματα, θειοτέρους δὲ ὡς ἀπὸ τῶν ἐκείνων πλάνων, καί μοι πειθῆναι τούτοις συνιδὼν, λόγῳ τε ἁπλῷ λέξιν τὸ ἄτυφον, τῷ τε ἐπόντων τὸ ἀνεπιτηδευτον. Theophilus Antiochenus ad Autolycum libro 1. τῷ γὰ ἐγὼ πίστιν τοῦτο ἔσεσθαι, ἀλλὰ νῦν, κατανοήσας αὐτὰ, πιστεύω, ἅμα τῷ ἐντυχὼν ἱεραῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων Προφητῶν. Inprimis autem huc pertinet, quod Hilarius sub initium operis sui de Trinitate commemorat, animadversis Gentilium circa religionem & Numinis cultum absurditatibus, tandem ad Scripturas & CHRISTI fidem se fuisse perductum. *Plures eorum*, inquit, *numerosas inceriorum Deorum familias introducebant; &, virilem ac muliebrem sexum in divinis naturis agere existimantes, ortus ac successiones ex Diis Deorum asserebant. — dignumque jam non erat, auctores eos veritatis existimare, qui ridicula, & fœda, & irreligiosa sectantes, ipsis illis inanissimarum sententiarum suarum opinionibus dissiderent. — Hæc igitur, multaque alia ejusmodi, mecum animo reputans, incidi in eos libros, quos à Moyse atque à Prophetis scriptos esse Hebræorum religio tradebat*, Et quæ sequuntur. Confer quæ ex Gregorio Nysseno dedimus supra ad Paræneſin pag. 3. verb. οἷς ὁ λόγων ἐδίκησε τέχνης.

Ibidem Τῆς παιδείας ἔνθεον] Origines lib. 4. περὶ ἀρχῶν cap. 1. *Si quis cum omni studio, & reverentia, qua dignum est, Prophetica dicta consideret, in eo ipso dum legit & diligentius intuetur, certum est, quod aliquo diviniore spiramine mentem sensumque pulsatus agnoscet, non humanitus esse prolatos eos, quos legit, sed Dei esse sermones; & ex semetipso sentiet, non humanâ arte, nec mortali eloquio, sed divino (ut ita dixerim) cothurno libros esse conscriptos.* Confer ejusdem lib. 1. 3. 6. contra Celsum. Ita Tatianus, postquam protulisset, quæ paulo ante ex eodem recitavimus, subjungit, per lectionem Scripturæ mentem suam factam esse θεοδίδακτον. Pertinetque huc, quod ait Augustinus Conc. de gestis cum Emerito: *Nos* (qui verbum prædicamus), *aurem forinsecus percutimus; Deus novit intrinsecus loqui.* Et in 1 Johann. tract.

3. *Magisteria forinsecus auditoria quædam sunt & admonitiones; cathedram in cœlo habet, qui corda docet.* Plura eo facientia dedimus Tract. de Canone Scripturæ cap. 2. 6.

Eadem p. 40. Τὸ Ζῶν λόγου δυνατὸν] Agit Deus cum verbo suo, non tantùm concursu generali ad modum causæ primariæ, sed etiam speciali gratiâ & naturam superante virtute, quæ animos audientium, vel legentium inenarrabili quadam vi subit, percellit, afficit, sibi devincit, certosque eos reddit, hujusmodi doctrinam seu scripturam esse divinam, & ab alio primo auctore non profectam, quàm ab ipso Deo. Atque hæc virtus divina quia cum verbo adeò arctè cohæret, ut ab eo numquam absit, imo sine eo (siquidem de hodierno ordinario divinæ illuminationis modo loquamur) numquam adsit; inde fit, ut ipsius verbi potentia rectè dicatur. Vide 1 Thessal. 2. 13. Matth. 7. 28. 29. Rom. 1. 16. 1. Cor. I. 18. 23. 24. II. 4. 5. Confer quæ notamus in dialogum cum Tryphone ad verba ἀνατέρω πείσης ἀποδείξεως.

Ibidem Καθάπερ ἐπαοιδὸς] Origenes homil. 20. in Josuam: *Auditu* verbi divini, *velut præcantatione quadam, noxiarum virtutum, quæ te obsident, & quæ tibi insidiantur, virus depellitur & fugatur. Observa tantum, ne efficiaris sicut aspides surdæ & obturantes aures suas.* Eodem spectat, quod Basilius M. Scripturas sacras vocat κοινὸν τῶν ψυχῶν ἰατρεῖον, in Psal. 1. ac epist. 1. & Chrysostomus, φάρμακα τῆς ψυχῆς, atque ἀπηχὲν φαρμάκων homil. 9. in Epistolam ad Colossenses. Plura ejus generis notavimus Tract. de lectione Bibliorum in linguis vulgò cognitis num. 77.

LANGI ANNOTATIONES IN SANCTI JUSTINI DE MONARCHIA DEI LIBRUM.

Pag. 103. ΤΗΣ ἀνθρωπίνης φύσεως τοιαῦτ' ἐχούσης &c.] *Sapientia & salus sive religio hominum ita sunt inter se conjunctæ, ut neque religio ulla sine sapientia suscipienda sit, neque ulla sine religione probanda sapientia.* Lactant. lib. 1. in princip.

Nec Philosophia potuit veritatem comprehendere: nec religio deorum rationem sui, qua caret, reddere. Ubi autem sapientia cum religione inseparabili nexu cohæret, utrumque verum esse necesse est; quia & in colendo sapere debemus, id est scire quid nobis & quomodo sit colendum: Et in sapiendo colere, id est re & actu quod scierimus, implere. Idem libr. 4. cap. 3.

Satis est demonstrare, summo ingenio viros attigisse veritatem, ac propè tenuisse, nisi eos retrorsum fucata prævis opinionibus consuetudo rapuisset: qua & deos alios esse opinabantur, & ea quæ in usus hominis Deus fecit, tanquam sensu prædita essent, pro diis habenda & colenda credebant. Idem lib. 1.

Ibidem Τὸ μέγα τῷ ὄντως Θεῷ πρέπον ὄνομα, ἐπὶ θνητοὺς μεταφέρουσι] Poetæ ut eos ornarent, quorum memoriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. Lactant. ibidem.

Tantum posse omnes illo sub tempore reges,
Indocilis fatui ducebat ineptia vulgi:
Ut transire suis cum sordibus Imperator
Posset in æternum cœli super ardua regnum.
Regia tunc omnis vim majestatis, & omnis,
Parva licet cœli, imperium retinere potestas
Credita: thure etiam ducibus, parvoque sacello
Impertitus honor. quem dum metus, aut honor, aut spes
Accumulant, longum miseris processit in ævum
Mos patrius: cœpit falsæ pietatis imago
Ire per ignaros nebuloso errore nepotes.

Prudentius lib. 1. adverſ. Symmach.

Eadem p. 103. Καὶ παρίστημι τοῖς γε νῦν ἔχουσι &c.] *Nemo eſt tam rudis, tam ferìs moribus, quin oculos ſuos in cœlum tollens, tametſi neſciat cujus Dei providentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquam tamen eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, temperatione, motu, diſpoſitione, conſtantia, utilitate, pulchritudine, nec poſſe fieri, quin id, quod mirabili ratione conſtat, conſilio majori aliquo ſit inſtructum; Dei ſcilicet, qui eſt æterna mens, ex omni parte perfectæ conſummataeque virtutis.* Idem Lactant. Ibid. *Qui unum credit Deum, qui verbo omnia fecit &c, hic tenet caput, ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem junctu-ram ſubminiſtrationis in menſura uniuſcujuſque partis incrementum corporis facit; in ædificationem ſui in charitate.* Iren. lib. 1. cap. 52.

Nemo eſt quidem qui ſapiat, rationemque ſecum putet, qui non unum Deum eſſe intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem qua condidit virtute moderetur. Lactantius, ubi ſupr.

Cùm defendamus cauſam veritatis apud eos qui aberrantes à veritate falſis religionibus ſerviunt: quod genus probationis adverſus eos magis adhibere debemus, quàm ut eos ſuorum teſtimoniis revincamus? Idem.

Pag. 104. Ἱδρυσάμεθα πημάτων &c.] Mali ſolatium. *Itaque homines regum ſuorum ſimulachra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium: progreſſique longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cœperunt: ut & gratiam referre bene meritis viderentur, & ſucceſſores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem.* Lactant. Libr. 1.

Apud eundem ibidem hac de re *Sibyllini* ſunt verſus, qui è Græco ſic verti poſſunt:

> Quid de Principibus *ſtatuiſti*, Græcia, *magnis*
> *Qui nequeunt fati leges vitare rapacis?*
> *Aut quid defunctis ita munera vana Sacraſti?*
> *Sacrificas ſtatuis. Quis te malus impulit error,*
> *Talia quæ faceres, & ſummi ſacra parentis*
> *Deſereres?* —

Sic *Cicero* filiam ſuam *Tulliolam* in numerum Deorum referre ſtatuit. Cujus hæc ſunt verba: *Si* Cadmi *aut* Amphionis *progenies, aut* Tindari, *in cœlum tollenda, fama fuit; huic idem honos certè dicandus eſt, quod quidem faciam, teque omnium optimam doctiſſimamque, approbantibus diis immortalibus ipſis, in eorum cœtu locatam, ad opinionem hominum omnium conſecrabo.* Quis verò iſta legens *Ciceronem* non deliraſſe exiſtimet?

Pag. 105. Θεῖον λόγον] *Divinum verbum*, θεῖον λόγον Triſmegiſtus, *qui veritatem pene univerſam neſcio quomodo inveſtigavit, fatetur eſſe ineffabilem quendam ſanctumque ſermonem, cujus enarratio modum hominis excedat.* ἐστί τις, ὦ τέκνον, Ἀπόῤῥητος λόγος σοφίας, ὃν εἰπεῖν ὑπὲρ Ἀνθρωπόν ἐστι. hoc eſt: *eſt, ô fili, ineffabilis quædam ratio ſive verbum ſapientiæ, quod eloqui ſupra hominem eſt.* Lactant. lib. 4. cap. 9. 8. 7.

Hoc verbum caro factum in nobis inhabitat, utpote *Emanuel*, & mirificè depredicatur in Evangelio ſecundum *Joannem*. Cujus Evangelii initium quidam *Platonicus*, ſicut à Sancto ſene *Simpliciano*, qui poſtea *Mediolanenſi* Eccleſiæ præſedit Epiſcopus, beatus *Auguſtin.* (de civit. libr. 10. cap. 29.) audivit, aureis literis conſcribendum, & per omnes Eccleſias in locis eminentiſſimis proponendum eſſe dicebat.

Per hanc rationem & verbum (τὸν λόγον) fieri omnia ſecundum *Heraclitum*

tum & *Platonem*, *Amelius* asserit *Platonicus*. Et *Platonicus Philo* in libro de causis: *conandum*, inquit, *est in primis ad ipsum quod sit* (*ens*) *de quo dicitur*: ego sum existens ille: sive, Ego sum qui sum: ut *ascendamus aut saltem ad ipsius imaginem, sacratissimamque rationem & verbum primogenitum. Porrò hæretici qui verbum* (τὸν λόγον) *Deum esse negant*, Alogi *dicuntur*. Cœlius Rhodig. lib. 9. cap. 17.

Eadem p. 105. Καὶ ποτιμοὶ, πολλῶς τε βάθ&] Observavit *Petrus Crinitus*, oraculum *Serapidis*, cum id *Nicocreon* rex *Cypriorum* de summo Deo consuluisset, hujusmodi dedisse responsum, sicut est à me è *Græco* in *Latinum* translatum Sermonem:

Sum Deus immenso & quali nunc corpore dico.
Cœlestis caput est mundus, vasta æquora venter,
Terra pedes, aures verò pellucidus æther,
Auricomi fulgor resplendens, lumina, solis.

Ibid. Εἰ μὴ ἐρεῖ, Θεός εἰμι] *Dii qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt.* Hieremiæ 10.

Nec putet esse Deum, nisi qui super omnia summus
Emineat, magnique immensa creaverit orbis. Prudent.

Ibid. Οὐρανὸς πυρὶ γάμενα θησαυρὸν ἔχοσι &c] *Cœli qui nunc sunt, & terra, verbo thesaurisati, igni reservantur in diem Judicii & perditionis impiorum hominum* &c. *cœli magno impetu pessum ibunt: elementa autem fervore solventur, & terra, quæque in ipsa sunt opera, exurentur.* 2. Petr. 3.

Ibid. Καθ' ἕδην δύω τρόπους νομίζομεν] Cicero 1. Tuscul. *Duæ sunt viæ, ut ait* Socrates, *duplicesque cursus animorum è corpore excedentium, nam qui se humanis vitiis contaminarunt, & se totos libidinibus dediderunt, iis devium quoddam iter est, seclusum à consilio deorum. Qui autem se integros castosque servarunt, quibusque fuit minima cum corporibus contagio, suntque in corporibus humanis vitam imitati Deorum: his ad illos à quibus sunt profecti facilis patet reditus.*

Esse inferos, Zeno Stoicus *docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas; & illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones, hos verò luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœni voraginibus, idem nobis Prophetæ palam faciunt.* Lactantius libro 7. cap. 7.

Pag. 106. Βροντῆς ἀκούσας μηδαμῶς πόρρω φύγῃς]

Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ. Horat.

Pag. 107. Μηδὲν συνιδὼς αὐτὸς σαυτῷ θαρσῶ] *Pietas grata est Deo, sumptus est removendus. Quid enim est cur pauperiatem deorum aditu arceamus: præsertim quum ipsi Deo nihil minus gratum futurum sit, quam non omnibus patere ad se placandum & colendum viam?* Cicero, secundo de legibus.

Ibid. Πάλιν τε Πλάτων ἐν Τιμαίῳ &c.] Intercisus hic proculdubio est locus, nam deest sententia ista: *nihil esse humanam sapientiam & potentiam, si cum divina conferatur*, ad quam *Platonica* ista accommodata auctoritas est, & præterea alia quæpiam *Platonica* huic similis, quæ intercidit, sedenim quoniam

quoniam hic *Platonis* etiam fit mentio, & de eo doctrinaque ejus in hoc opere multa ſparſim retuli, viſum quoque hîc mihi eſt, quid de hujus viri Philoſophia judicaverit *Conſtantinus* Magnus, verbis ipſius ex ſermone imperali exponere.

Ipſe, inquit, *philoſophorum aliorum omnium mitiſſimus* Plato, *qui hominum mentes primus à rebus ſenſilibus ad intelligibiles, & eas, quæ eodem ſe ſemper habent modo, contemplandas aſſuefecit, pro eo atque ipſemet ſublimia ſuſpexit & docuit, rectè primum Deum arbitratus eſt eſſe, qui ſupra naturam ſive eſſentiam (οὐσίαν) ſit, ſubjunxit autem huic & ſecundum: & duas ſubſtantias ita numero diſtinxit, ut una ſit utriuſque perfectio, & ut eſſentia ſecundi Dei exiſtentiam habeat ex primo, ipſe enim eſt opifex & adminiſtrator univerſi hujus ſummus: qui verò ſecundum hunc juſſionum ejus adminiſter eſt, cauſam conſtitutionis rerum univerſarum in illum refert, Unum itaque fuerit, juxta rationem exactam, omnium curam gerens, eiſque proſpiciens Deus verbum, quod exornat omnia, verbum autem ipſum Deus exiſtens, Dei quoque filius eſt. Et qualecunque ei aliquis tribuat nomen, præter appellationem filii, non magnopere erraverit (ſicuti, ſi eum etiam appellet virtutem, ſapientiam Dei &c.) Rerum namque univerſarum parens, proprii quoque filii rectè exiſtimetur eſſe pater.*

Hactenus quidem Plato *doctrina hujuſmodi caſta ſapiens fuit, in aliis verò deinceps veritate excidiſſe invenitur, ut qui multitudinem Deorum induxerit, & cuique eorum formas tribuerit, unde occaſio & cauſa præbita eſt erroris majoris apud eos qui ratione non ducuntur homines, minime illos ad altiſſimi Dei providentiam reſpicientes, ſed ad imagines, hominum & aliorum animantium formas repræſentantes, cultum (Deo debitum) peragentes, factum itaque eſt, ut maximum ingenium laudatiſſimumque, egregia natura & eruditione prædium, lapſibus hujuſmodi conſperſum, non purum prorſus, neque ſincerum fuerit, videtur autem mihi ipſe ſeipſum corrigendo, rationem talem emendaſſe, Spiritum Dei clare oſtendens rationalem eſſe animam,* (mentem dicere malim) *Partitus autem omnia in ſpecies duas, intelligibilium videlicet & ſenſibilium; intelligibile dicit eſſe quod mente percipitur, materiæ expers: ſenſibile autem quod ex apta corporis compage componitur: illud conſpectu mentis comprehenſibile, hoc opinione cum ſenſu opinabile, quod viſu tactuque corporis ſentiri poteſt. Proindeque alterum quod ſpiritum ſanctum participet, tanquam inconfuſum & immateriale perpetuum eſſe, & vitam æternam ſortitum: alterum autem quod ſub ſenſum cadit, eo quo conſiſtit modo omnino diſſolvi, & vitam immortalem non habere ſibi communicatam. Mirifice etiam idem docet, eos, qui rectè hic vixerunt, animos videlicet bonorum atque ſanctorum hominum, poſt illorum à corpore divortium, in pulcherrimis cœli regionibus conſecrari: idque ex uſu eſt vitæ hujus. Quis enim hoc illi credens, & felicitatem ejuſcemodi expetens, & optimam expectans vitam, in juſtitiam & caſtitatem non meditetur, pravitatem autem non averſetur? Et quod conſentaneum his eſt, illud quoque intulit, malorum animas in* Acherontis *& igneî* Phlegethontis *amnibus naufragorum more errabundas circumferri, inveniuntur tamen tam corrupta mente homines, qui iſta legentes non convertuntur, neque metu corripiuntur: imò etiam qui ea audientes, tanquam fictas fabulas deſpicium & rident: laudantes quidem illi varia eloquentis linguæ ornamenta, firmam autem doctrinæ talis certitudinem averſantes, ac poeticis hiis potius credunt nugis, & Græciam cunctam, barbaraſque regiones omnes vanis & falſis ſermonibus complent.*

Pag. 107. Τῷ ἁγίῳ, ἐ πλάϊ, ὀνόματι] *Sancti & perfecti nominis,* Divini ſcilicet & ineloquibilis nominis, falſo namque quibuſdam hominibus Dei nomen inditum.

Eadem

Ibidem. Ἐπὶ τῷ σανίδι] Erat *Athenis* publice propoſitum σανίδιον, id eſt *tabella* ſive *album*, in quo maleficorum crimina deſcribebantur. idem fit *Romæ*, ad *Paſquillum*.

Ibidem. Τὰς ἱδρυμένας] Eos, qui illos conſecrarunt, qui fana eis extruxerunt, qui ſtatuas eorum in templis dicarunt.

Pag. 107. Φοῖβον κελεύσας μητρὸς &c.] *Apollinis* nefarii flagitia carminibus hiſce traducit *Romanus* Prudentii:

Delphosne *pergam*? *ſed vetat palæſtrici*
Corrupta ephebi fama, quem veſter Deus
Effæminavit gymnadis licentia:
Mox flevit impuratus occiſum gravi
Diſco, & dicavit florulentum ſuccubam.
Conductus idem pavit alienum pecus:
Furem deinde perditi paſſus gregis
Segnis bubulcus, tela & ipſa perdidit.

Idem *Romanus* ita *Aſclepiadem* judicem de *Jove* alloquitur:

Qui ſi citetur legibus veſtris reus,
Laqueis minacis implicatus Juliæ,
Luet ſeveram victus & Scantiniam,
Te cognitore dignus ire in carcerem.

Pag. 108. Πολλῷ τέκνων] Si pro τέκνων legatur τέκνου, vertendum erit:

Homines dii plerumque fallunt, nate mî.

Pag. 109. Εἰ δ' ὑστεροῦς ἂν τοῖσι δυστεκεστάτοις] Quæſtionem iſtam tractat & decidit, *Prudentius* lib. 2. adverſ. *Symmach.*

Non nego commune cunctis viventibus ipſum
Aeris, aſtrorum, pelagi, telluris & imbris:
Imo etiam injuſtus, pariter juſtuſque ſub uno
Axe habitant, unas capit impius & pius auras,
Caſtus & inceſtus, meretrix & nupta, &c.
Servit enim mundus, non judicat: hoc ſibi ſummus
Naturæ Dominus præſcripta in tempora ſervat.
Et res naturæ ſit publica, promptaque cunctis,
Dum ſervant elementa ſuum famulantia curſum:
Sic probus atque reus capitalis criminis, hiſdem
Sideribus, faciliſque poli bonitate fruuntur.
Vivere commune eſt, ſed non commune mereri, &c.
Non facit ergo pares in relligione tenenda
Aeris & cœli communio, &c.

Ibidem. Θαυμάζεται δ' ὁ πλεῖστον ἐν ναοῖς ἔχων χρυσόν.] Tanta homines imaginum cupiditas tenet: auro ſcilicet, gemmis & ebore delectantur. Horum pulchritudo & nitor perſtringit oculos, nec ullam religionem putant, ubicunque illa non fulſerint. Itaque ſub obtentu deorum, avaritia, & cupiditas colitur. Credunt enim deos amare quicquid ipſi concupiſcunt, quidquid eſt propter quod furta, & latrocinia, & homicidia quotidie ſæviunt, propter quod bella, per totum orbem, populos, urbeſque ſubvertunt.

Adeo religio deorum nihil aliud eſt, quàm quod cupiditas humana miratur. Lactantius libro 2.

Dicite pontifices, in ſacris quid facit aurum? Perſius.

Ibidem Δημοδόκου ἀοιδοῦ] *Phemius* cantor *Homericus* (pro quo hic lapſu memoriæ *Demodocus* repoſitus, cantor & ipſe ejus poetæ) Ἀοιδοῦ fuit.

Per meipſum docto varios in pectora cantus
Afflavit numen. —
Αὐτοδίδακτος δ' εἰμί· θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶ οἵμας
Παντοίας ἐνέφυσεν. — Οδυσ. χ.

Pro *quibus verbis* Juſtinus hemyſtichion *æquipollens* poſuit.

Pag. 110. Ἀλλὰ τῇ ὡς ἀληθείᾳ] *Si divinitas, quæ gubernat hunc mundum Incredibili beneficentia genus humanum ſuſtentat, & quaſi paterna indulgentia fovet, vult profecto gratiam ſibi referri, & honorem dari; nec conſtare homini ratio pietatis poteſt, ſi cœleſtibus beneficiis extiterit ingratus: quod utique non eſt ſapientis.* Lactant. lib. 4. *Retrahant ergo ſe homines ab erroribus, & abjectis religionibus prævis, parentem ſuum Dominumque cognoſcant: cujus nec Virtus æſtimari poteſt nec magnitudo perſpici, nec principium comprehendi. cum ad illum mentis humanæ intentio, & acumen & memoria pervenerit, quaſi ſubductis & conſumptis omnibus viis ſubſiſtit, hæret, deficit, nec eſt aliquid ulterius, quo progredi poſſit.* Idem libro 1.

Aſſirmat Hermes *eos, qui cognoverunt Deum, non tantum ab incurſionibus Dæmonum tutos eſſe, verum etiam ne fato quidem teneri. Deus enim hominem vere pium liberat ex omni malo. unicum enim & ſolum in hominibus bonum, eſt vera pietas* (εὐσέβεια) *ea enim eſt notio Dei.*

Expedita eſt hominis ratio, ſi ſapiat, cujus propria eſt humanitas, & ipſa humanitas quod eſt, niſi juſtitia? quid eſt juſtitia niſi pietas? pietas autem nihil aliud eſt, quam Dei parentis agnitio. Summum igitur bonum hominis, in ſola religione eſt. Lactant. idem lib. 2. cap. 16. lib. 3. cap. 9.

Conſitetur Varro, *cum ad Deos colendos, multis locis, velut religioſus hortatur, non ſe illa judicio ſuo ſequi, quæ civitatem* Romanam *inſtituiſſe commemorat: ut ſi eam civitatem novam conſtitueret, ex naturæ potius formula deos, nominaque deorum ſe fuiſſe dedicaturum, non dubitet conſiteri. Dicit etiam, antiquos* Romanos *plus quam annos centum & ſeptuaginta deos ſine ſimulacro coluiſſe. Quod ſi adhuc manſiſſet, inquit, caſtius Dii obſervarentur, cujus ſententiæ ſuæ teſtem adhibet, inter cætera, etiam gentem* Judæam, *nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat: Qui primi ſimulacra deorum populis poſuerunt, eos civitatibus ſuis & metum dempſiſſe, & errorem addidiſſe: prudenter exiſtimans, deos facile in ſimulacrorum ſtoliditate contemni. Quæcunque tales viri in ſuis literis multorum deorum ludibria poſuerunt, conſiteri ea potius occulta Dei voluntate compulſi ſunt, quam perſuadere conati. Advertendum ergo de quanta, & quam maligna Dæmonum poteſtate, nos liberet ſingulare ſacrificium tam ſancti ſanguinis (filii Dei) fuſi, & donum Spiritus impertiri. Non enim à Dæmonum Dominatione liberat, niſi gratia Dei per* JESUM CHRISTUM Dominum noſtrum.

Agamus

Agamus itaque Chriſtiani Deo noſtro gratias, non cœlo & terræ, ſed ei qui fecit cœlum & terram, qui ſuperſtitiones per altiſſimam Chriſti humilitatem, per Apoſtolorum prædicationem, per fidem Martyrum pro veritate morientium non ſolum in cordibus religioſis, verum etiam in ædibus ſuperſtitioſis, libera ſuorum ſervitute ſubverterit Auguſt. de Civit. lib. 4. cap. 31. 30.

FINIS.